arum rerum fo LXIII ppo. LVI

Straceni nō nun
ꝝ punctis līneas representant fo VIII
Scale altimetre construūtūr fo XXV de
quibus etiam folio XXXII
Scale altimetre declaratio vtilis fo LXV
propositione LVIII
Schema vide in figura per totum
Scientia aspectuū putilꝫ fo LX ppo. LV
Separatio ab aspectu fo LXI pposi. LV
Septētrio ventus fo XII & LIII
Sex signa zodiaci septētrionalia & sex me-
ridiana folio XXXII
Signis zodiaci nomina īscribuntur fo
XIII & folio XXXII
Signorum zodiaci diuisio in grad⁹ et ali-
as partes fo XIII & XXXII
Signorū zodiaci diuisio per līneas rectas,
fo XV & per līneas arcuales fo XVI
Signifer/greco dicitur zodiacus / Simio-
phoros, Arabice mitach fo XXXI.
Signū recte oriri fo LIII ppo. XLV
Signū oblique, pme & tortuose oriri ibid
Signa q̄ recte & q̄ oblique oriātūr & oc-
cidāt ī sphera recta fo LV ppo. XLVII
Signa querecte & q̄ oblique ī sphera ob-
liqua orian̄ occidantꝫ fo LVII pro. LII

Index.

Solis verum locū in zodiaco cognoscere
folio XXXIII
Solis altitudo quid sit & eandē determina
re fo. XXXIII propositione III
Solis altitudo an sit ante aut post meridia
na perscruteri fo. XXXIII ppo. V
Solis declinatō sic computatur fo. XLIII
propositione XXIX
Solstitia vbi contingent fo. XLIII ppo.
propositione XXIX
Sphaeram solidā ptolome⁹ cōponere do
cuit fo. XXX Ei⁹ nobilitas & utilitas ibi.
Sphera diuiditur in rectam et obliquā fo.
LIII propo. XLV
Sphera rectā q̄ hītent et q̄ redicāt recta ibi.
Sphera obliquā qui colant & quare obli
qua aut decliviis dicāt fo. LIII pro. XLV
Stadiū qd fo. LXVII ppo. XLV
Stellas fixas reti imponere fo. XVII
Stelle longitudo que celi mediatio dicit.
quid folio. XVII
Stelle declinatio quid fo. XVII & est du
plex septentrional⁹ & meridiana fo. XVII
Stellarū sex ordies aut differētie fo. XVII
Stellarę fulgētiorę tabula cōtinēs earū lō
gitudinē fīm celi mediatiōe &c. fo. XVII
Stellarę noīa latia et arabicas. XVII. XX
Stellas fixas aliter reti imponere fo. XIX
Stellarę longitudo vera quid fo. XIX
Stellarę insigniorū tabula continens earū
veras longitudines fo. XX
Stellarę fixarū & erraticarū ortus & occa
sus addiscit fo. XL propo. XIX
Stelle fixe aliq̄e nūq̄ oriunt̄ nec occidunt̄
aliq̄ oriunt̄ et occidunt̄ fo. XL pro. XIX
et hui⁹ rei determinatio ibidem
Stellarę fixarum declinatō numeratur fo.
lio XLIII ppo. XXIX
Stellarum zenith / ortus & occasus quid
et quotuplex fo. LI ppositi. XXXIX
Stellarum zenith quid & eius inuētio fo.
LII propo. XL
Stella vna in reti cognita / incognitas no
tas fieri fo. LII ppo. XLII
Stellarę venustissima & ordinatissima se
ries oculos nostros iucūde & suauiter af
ficit fo. LII ppo. XLIII

Stellis nullis in celo cognitis in earū notis
ciam ita puenim⁹ fo. LII ppo. XLIII
Stereonmetria quid & vnde foli LXVII
propositione LVIII
Subsolan⁹ vēt⁹ fo. XI & LIII pro. XLIII
Sūma de horis ineqlib⁹ f. XLI pro. XXII
Summa latitudinum inuestigandarū fo.
XLV ppo. XXX
Suspēsory fabrica fo. XXIX
Suspensory affixio fo. XXIX

T

Tabula regionum

et oppidorū &c. fo. V
Tabula climatū fo. X
Tabella ascensionū rectarū fo. XIII
Tabula stellarum fixarę fulgentiorę cōti
nens earę lōgitudinem fīm celi mediatio
nem. folio XVII
Tabula stellarę fixarę insigniorum conti
nens earę veras lōgitudines fo. XX
Tabula veri mot⁹ solis inscriptioni dierū
anni cōmoda fo. XXIII
Tabella prima eleuationū meridianarum
ad prīcipia et decanos signorę f. XXVIII
Tabella secunda eleuationum ad prīci
pia signorū &c. pro diuersis horis diei ar
tificialis fo. XXVIII
Tabelleregule dorsi astrolabij sic cōstru
untur fo. XXVIII
Tabella ad modum cunei fo. XXIX
Tabule regionum que fo. XXXI
Tabella veri motus solis fo. XXXIII
Tabula altitudinum solis meridianarum
folio XXXVI
Tabellarum alhīdade foramina debēt esse
admodū stricta fo. LXXIII pro. LXII
Tabella gubernamenti planetarum folio
LXIII ppo. XXVII
Tabula miliarium longitudinum regio
num & oppidorum &c folio XLVII Et
concordat fere cum Ptolemeo Claudio
Tabelle conuersionum graduum longi
tudinis in gradus equinoctialis / sumpta
partim ex opere Ptolemei partim ex ob
seruatione moderna folio XLIX

Index.

Tabula astrolabij ad qd' clima &c sit con-
structa folio L^v, ppo. XXXV
Tabella ortus & occasus signorū in sphē-
re recta/ integris signis seorsum acceptis
accommo data folio LV^v
Tabella ort^v & occasus signorū per se ac-
ceptorum in sphera obliqua ad eleuatio-
nem poli Borealis XLIX sere graduum
folio LVII^v
Tabella reuolutiōis ascendentū anno-
mūdi/natiuitatū &c, fo LXI, ppo. LVI
Tabulam eleuationū signorū p qualibet
horā diei artifitialis cōponere fo. LXIII
propositōne LVII
Tabula eleuationū signorū qualibetho-
ra diei &c, fo. LXV, ppo. LVII
Tempus ortus & occasus solis sic scitur,
fo XXXVII, ppo. XI
Tempus ortus solis occasum pandit ibidē
Tempus ort^v solis a media nocte nume-
ratū/tempus seminocturnum indicat, &
duplum noctis quātitatem aperit folio
XXXIX propositione XIII
Tempus occasus a meridiē supputatum
tempus semidiurnum/duplum diei ar-
tifitialis quātitatem ostendit ibidem
Tempus diurnum & nocturnum stella-
rum fixarum docetur fo. XLI, ppo. XX
Temp^v stelle diurnū & nocturnū qd ibi.
Tempus semidiurnum et seminocturnū
stelle quid fo. XLI propo. XX
Temporalē horā aut īnequalem diurnā
indagare fo. XLI, pposi. XXI & noctur-
nam fo. XLI propo. XXII
Tempus introit^v solis in Arietē fo LXII
propositōne LV
Tempus reuolutionis hūane genit^v ibid^v
Termīni astrolabij exponunt^v folio XXX
et XXXI
Tewazalzene quid fo. XXXI
Thema celeste geniture N, folio LIX, ppo
sitione LIII
Thema celeste Coniunctionis solis & lu-
ne folio LX, propositione LIII
Thema celeste reuolutionis mundi folio
LXII propositione LVI

Thema cœli natuūtatis M; fo. LXIII pro
positione LVI
Thema celi electōis m: fo. LXIII, p. LVI
Tympana quid fo. XXXI
Tympanum astrolabij ad qd' clima sit fa-
bricatum fo. L^v, ppo. XXXV
Tituli tabularum ascensionum moderā-
dis sunt folio LIII, proposi. XLV
Tortuose signū oriri fo. LIII, ppo. XLV
Tractatus astrolabij in duas partes distin-
guitur fo. I
Tractatus de mensurationibus geome-
tricis incipit fo. LXVIII proposi. LVIII
Trium circulorum Capricorni equino-
ctialis & cancri in matrem descriptio fo. II
Tropic^v cancri vlestiu^v fo. II & XXXI
Tropicus capricorni/hyemalis aut bru-
malis fo. II & folio. XXXI



• V •

Ectis rotundus
cōponit fo. XXIX de q' etiā fo. XXXII
Venti efflanta diuersis mundi plagis fo. P
XI & eorū noticia vtil^v fo. LIII, p. XLIII
Venti mūdū laniāt & aerē mutāt ibidem
Ventorū noīa & positiones ibidem
Ventorū inscriptio fo. XII & natura fo.
LIII, ppo. XLIII
Ventus quis spiret dignoscere folio LIII
propositōne, XLIII
Verticulum quid folio XXXII
Verus motus stelle quid folio XIX
Via solis aut linea eclyptica fo. XXXII
Vies solis descriptio fo. XIII
Vmbrarum bis in anno equalitas folio
XLIII propo. XXIX
Vmbra est duplex fo. LXIX pro. LVIII
Vmbra recta & versa quid ibidem
Vmbra solaris rei in septimo climate/fo.
Ie meridiana signa possidēte nunq^v equa-
ture rei fo. LXX propositione LIX, Sec^v
de vmbra lunari ibidem
Vmbra solaris rei in septimo climate sole
septemtrionalia signa tenente quandoq^v

Index.

semel/quandoq; bis in die adequatur rei,
ibidē. De luna idē fere iudiciū ibidem
Voluellū cōponere fo. XIII De quo etiā
fo XXXIII. & quare ita dicatur ibidem.
Vocabula astrolabica quere fo XXX &
XXXI walzagora: plana spera f. XXX
Vulgarium astronomorū propositiones
fragiles in usum astrolabij introductas ne
gligere fo. LI propositione XXXVIII
Vulturnus ventus propositio XI & ea
cōplexio fo. LIII propo. XLIII



• Z •

Zenith habitatio
nis quid & eius inuentio fo III & XXXI
Zenith ort⁹ & occasus sol⁹ & stellar⁹ fixas
rum inuenire fo. LI propo. XXXIX
Zenith ort⁹ & occasus stellarum qd ibidē
Zenith occasus sol⁹ & stellar⁹ qd ibidem.
Zenith solis aut stelle duplex ibidem
Zenith solis aut stelle Boreale aut meridi
anum ibidem
Zenith solis & stellar⁹ quid et quomodo
indagā fo. LII propositio. XL
Zephyrus ventus fo. XI & fo LIII ppo
sitōne XLIII
Zodiaci retis diuisio tabularis fo. XIII
Zodiaci retis distributio per lineas rectas
folio. XV
Zodiaci retis particio per lineas arcuales
folio. XVI
Zodiacus eleuationibus solis seruiēs cō
stituitur fo XXVI
Zodiacus arabice dicitur Mitach / grece
Simiophoros / latine Signifer / Circul⁹ ob
liquis aut inflexus fo XXXI
Zodiacus diffinitur; interpretatur & diui
ditur fo XXXI.
Zodiaci signa hec habent nomina folio.
XXXI
Zodiacus distibuitur s̄m longum & la
tum fo. XLIII propositione XXIX.
Zodiaci longitudo cōtinet duodeci ḡtes
Similiter latitudo ibidem

Zodiaci latitudo secatur per lineam que
dicitur ecliptica aut via solis ibidem Et di
uiditur in duos semicirculos ibidem
Zodiacus & eius partes in sphaera recta &
obliqua recte & oblique ascendunt & de
scendunt folio LIII propositio XLV

I. M. S.

HIC FINIT IN
uentariū sine in
dex et sequitur
Correctoriū
**hui⁹ opu
sculi.**



Correctorium.

CORRECTIONES HV iusopis notate he sūt.

¶ Folio primo, tertio, & alijs pro posthac
lege postea ¶ Folio III versiculo, XXVI
Legelineam, a, c, hoc est diametrū & c,
¶ Fo, III yſculo XVII lege expositum
equinoctialis semicirculū, ¶ Fo, VII ver-
ſculo XXIII, in occidente sequentia/ nō
sequete & versiculo XXVII lege scilicet
arcui primo/ nō supple, ¶ Fo, VIII ver.
XXVI lege horizōte cōcurrētes, ¶ Fo,
IX ver, XVII sic lege in limbo cōsimiliter
idem scilicet LXVI gradus et XL minus-
ta & c, numerat, ¶ Fo, X in margine lege
Astrolabia fabricare & ver, XXV respō-
dentes non respōdens & fo, X in calce le-
ge Ripheos montes, ¶ Fo XI, ver, XII le-
ge, Nolumus tñ; & eodē fo, & per totum
opus lege Corus pro Vento sine aspirati-
one & eodē fo, in margine dele/descriptō
¶ Fo, XII ver, XVIII lege Eurum flātem
ab ortu, ¶ Fo, XIII fere in calce lege hui⁹
modi/ sepatim, ¶ Fo, XV in margine le-
ge innitēs tabulis & versiculo XVIII scri-
be eclyptice per c simplex, ¶ Fo, XVI in
margine lege tabulis non tabulas, & ver.
IX retis sine aspiratione & ver, XX lege
dextrorsum eundo, Eteodē fo, cōmenta-
rium, Loqui de circulo & arcub⁹ occul-
tis describendis & tñ figuratio habet Cir-
culum & arc⁹ manifestos / Calcographia
arte occultos haud admittēte, Similiter of-
fendes folio II, XVIII, XIX, XXI & c,
¶ Fo, XVII ver, X lege occultet non oc-
cultent, & ver, XXX lege Tandem stella
rum magnitudines (& sequenti) splen-
diores, ¶ Folio, XVIII in tabula lege
Ceginus & ver, vltimo aptatur, ¶ Folio,
XIX ver III, lege in Araneā & ver, XVII

Latitudines/ & ver, XXXI extento non
extente & in margine De collatiōe & ver,
XXXVIII, ita legendū est, Versus L pū-
ctum occidētis & a terminis huius nume-
ratiōis trahant due linee occulte in L pū-
ctum occidentis que secabūt diametrum
F, H, & c, & fo XIX, ver, XII lege Offer-
tur mihi stella, ¶ Fo, XXII y., XXXVI
lege/ locabuntur, ¶ Foli XXIII, in titulo
Tabule lege M, D, primum non decimū
¶ Fo XXIII, ver, XVII lege & tertii nu-
meris dierum, ¶ Fo XXV, in calce lege/
De fabrica scalarum/ hec relecto, ¶ Fo,
XXVI ver, VII lege/quartam igitur circū
ferentie, ¶ Fo XXVII, in descriptiōe ho-
rarum equalium & inequaliū omisſe sunt
tres littere, ¶ Fo XXX, in metro Ouidi-
ano lege ortaq; signa, & versi, XXXVII
lege (sunt quidam plures) & versi, XLII
lege, ppositione vltima, ¶ Fo, XXXI in
margine/ circulus ventor⁹ & c directo/ le-
ge quiuis pro vna dictiōe et ver, XXXV
lege Aranei nō aranee, ¶ Folio XXXII,
versu VIII lege sub qua semper mouetur
& in calce/ sequens numeris non numer⁹
& fo III, ver, III Due scale per duas dicti-
ones/ & in margine lege Alhidada & versi,
XIII metiendis/ & ver, XII lege ppositi-
one decimaoctaua prime partis & versu
XXXIX in margine/Caballus, in Epila-
go lege consecute, ¶ Fo, XXXIII, versi,
VI, lege annū nō annum, ¶ Fo, XXXIII
ppositione III, lege eo q; p ipsius aspectū
horas inequales precipue diurnas, ¶ Fo,
XXXV ver, XXII lege qa per eius mo-
tum/ & in margine lege minutū nō initiat
et fo XXXV, ver, VIII Scito nō cito et ve-
rius eidem non eiusdem/ & XXIII/ illi mi-
nuta non minuto, ¶ Fo, XXXVI, versi,
XX lege quidem/ & sequente/ videamur
¶ Fo, XXXVII ver, XII lege propositiō
num non ppositionē/ et XXII sensim nō
senſum & fo XXXVII, ver, VI lege offer-
tur mihi & ppositione XI lege/ deinde cir-
cumacto reti gradū solis ad almicantha-
rath extremū occidentale/ & in exemplo

Correctorium

lege apto XXIIII gradū. ¶ Fo. XXXIX
In ppositiōe XV lege oblate diei & in ea-
dem ppositiōe in calce fere lege minuta
nō cura. ¶ Fo. XL ppo. XVII versiculo
ultimo lege minuto LII. ¶ Fo. XL in mar-
gine ppositōis XIX dele exemplū. ¶ Fo.
XLII ver. XXVII legē maior hora equi-
noctiali & ver. XLI Et q̄ pacto se hēt nu-
merus & fo. XLII ver. VI lege graduū &
dīmidij & ver. L discernes. ¶ Fo. XLIII
ver. XXIII lege hoc quidem & versicu.
XXXII. illic in terris & ver. XXXV rē
quid'. ¶ F. XLIII ſ. X lege exponere mo-
do. ¶ Fo. XLV ver. VII accōmodabitur
& ver. XV inferet. ¶ Fo. XLVI ver. XIII
lege Sarapa et fo. XLVI in pede lege Mi-
liaria aut Italica aut Alemanica cōmunia.
¶ Fo. XLVII in linea graduū lege XXX
VI. XXXVII nō XXVII. ¶ Foli. XL
VIII ver. VII lege diameter & in margine
Exemplū ex Ptolemeo li. VI. c. VIII Item
Cocconati insule. ¶ Fo. XLIX in calee
lege har̄ tabellaꝝ cōtinuatio / et f. XLIX
in capite lege Cōplementū tabellaꝝ con-
uerſionū. ¶ Fo. L ver. XXI legē nedicaci-
tati poti? q̄ vtilitati studuisse &c. fo. L ſi
VI gradus distantie capitū & penultimo
cōlum mediat nō media. ¶ Fo. LI pposi.
XXXIX lege in quo quidem puncto &
fo. LI ver. VI lege quodlibet. ¶ Fo. LII ſ.
VIII lege & necesse est q̄ h̄mo i zenith &c.
& eodem fo. ppo. XLI tabellaꝝ regulaſ
fixaꝝ ¶ Fo. LIII ſ. Ille ge nubila nutrit &c
& in margine primo met. fab II. & primo
met. fab VII. Item in margine Iapix nō Iu-
pix. Et in metris Ouidij horrifer iuasit bo-
reas. ¶ Fo. LIII versi. VI lege ppositō p.
& ver. XIII presertim astronomis & versi.
XXVII et h̄ pacto de ortu & occasu ptū
& fo. LIII in margine lege Declaratio titu-
loꝝ tabulaꝝ ascensionum. ¶ Fo. LV in
ppositione XLVI lege Si igitur vnius si-
gni dūtaxat ascensionem. ¶ Fo. LVI ver.
IX lege ſm poli borealis supra horizon-
tem eleuationē composita est. ¶ Fo. LIX
ver. XXVIII. quē pono super &c. ¶ Fo.

XLI. ver. XXIX lege et p̄cipio arietis.
¶ Fo. LXII ver. VII suppoto cum almuri
in gradibus limbia nota notabili versus
dextram &c. ¶ Fo. LXIII ver. IX lege eq̄
tiones solares cicius variantur q̄ sole trā-
ſeunte. ¶ Folio. LXXI ppo. LX lege a vi
ſu oculi tui in terrā ad planicie cōputan-
do &c. ¶ Fo. LXXIII ver. III dele & ante
Si pro excessu & fo. LXXIII. lege Gra-
tia exempli. ¶ Fo. LXXVIII. ver. XII le-
ge ipsius Alhidate qua immobiliter stāte
&c. ¶ Tandem ut res mīnimas attinga-
mus littere nōnūq̄ ex incuria mutate sūt
c. enim reperitur scriptum p. t. & contra-
m. p. n. quandoq̄ littera superfluit/qua-
ndoq̄ deest. Item dictionū littere nōnunq̄
diphongis carent/ sed quia sententiā nō
variant consilio preterimus.

I·M·S·

CORRECTO
RII FINIS.



ASTRORVM
quicunq; vias inquirere gaudet
Hoc opus exiguo vendicet ere sibi

AD IOANNFM STOFFLER·
PHIL· MELANCHTHON
PRETTANVS·

;

Fœlix actiacē magister artis
Stofler nobilis; enitens probate
Orbes, que iuga perferant volucres
Astrorum tacito graues meatu
Signas, hoc regimurq; viuimusq;
Prognati imperio, lubente fama
Pennis munera gratiora librum
Phœbo dædaleis nouum reponis

AD IMPRESSOREM GEO/
RIVS SIMLER·

;

Quam Cōbelapparet formosus in ēre character
Et Iustingensis per monumenta viri
Sic per te viuit Stofler tu nomen ab illo
Ducis & artifices monstrat vterq; labor
Atq; opere ēternum duo nunc viuetis in uno
Illa vel Codro terq; quaterq; crepant



VNIVERSIS BONARV AR/
TIVM STVDIOSIS IOANNES
STOFLERINVS IVSTINGEN
SIS. S.P.D.H.



Quoniam sint in Mathematicis Lectio-
res optimi organa multa p pulchra & miratu dignissima; pluribus
ac eximijs autoribus explicata demonstrataq; voluminib;. Longe
oim pulcherrima de planispherio aut astrolabio traditio est. Quā
his qui iā pede calcante terrenis impare vident; vultu vero erecto
atq; sublimi celestibus fruunt delitq; destinandā esse censuimus;
mee, pfecto erga eos benevolētie pignus īmortale; qd' per gratū &
iucundū fore minime ambigimus. Tū quia mathematicar; disciplinar; studiosis En-
chiridion est. Tū ob cōmoditatū vsuūq; ferme innūero& nobilissimā altissimāq; in-
daginē. Taceo q; eius organi cōstructio & vsus ab insignib; philosophis Ptolemeo:
Amonio; Proclo; Philopono; Nicephoro; Hermanno cōtracto alemano Ioanne eli-
gero; Hainrico bate eximijs laudibus cōprobantur. His patronis ducibusq; presentis
simis: que ad fabricam queq; ad usum tendant dicere exordiemur. Valete sydere foeli-
ci lectores candidi, Tübingi, Anno salutis Sesquimillesimo decimo.



Ractatum de Astrolabio ī duas partes
distinguimus. In prima enim parte fabricā aut compositionē ipsius doce-
bimus. In secunda multiplicem eius usum explanabimus.

Prīma pars de fabrica Astrolabi: omnes circu-
lorum; arcuum; linear; graduū & partium inscriptio-
nes exactissime absoluit,



Mpropositio Prīma partis prime.
Alteriam pro Astrolabi constructio-
ne preparare. Ex metallo puta cupro aut auricalco: vñ ex ligno
duro; solido ac firmo fabricet tabula plana; que arte tornādi rotun-
det. Ita tñ q; vna eius superficies cōcaue; hoc pacto q; limbus; mar-
go aut p; exterior sit aliquantulū eleuator parte interiori. Que quidē superficies sic cōca-

A

De inscriptioē Limbi aut Marginis.

Facies Astro-
labij.
Dorsū Astro-
labij.
Limbus.
Mater.

urata dicitur facies astrolabij. Reliqua autem superficies que omnino plana est dorsum astrolabij appellatur. Pars igitur faciei extima (ut iam exposuimus) limbus aut margo. Interior autem pars mater haud iniuria noveratur. Concauatur autem una superficies astrolabij ut plurimorum tabularum diuersis regionibus & climatibus seruientium sit capax.

Propositio Secunda partis prime.



Limbum aut marginem in suas


partes congruas distribuere. In facie tabule preparateque recentrum quod vocetur, e. Sup quo officio circini describe in limbo sive tabule capacitatem circulum maiorem ita tamen quod extremitate tabule non omnino tangat. ¶ Deinde circino constricto ex eodem centro, e, produc alium circulum minorem: tantum distantem a primo quod inter ipsos possit scribi numerus horarum diei naturalis. ¶ Iterum restringe circinum & protrahe tertium circulum tantum solummodo distantem a secundo quod inter ipsos possint cadere singulares graduum divisiones. ¶ Rursus iterum compri-

me circinum & depinge in eodem centro quartum circulum tantum distantem a tertio: ut inter ipsos possit scribi; numerus graduum equinoctialis distinctor, p., s., & s. Hi circuli quattuor sic rite descripti constituant limbum aut marginem astrolabij vbiq; terrarum uniformiter se habentem. ¶ Preterea quadrabis limbum per centrū

e, duabus diametris signando puncta extremitatum his litteris, a, b, c, d. Locando, a, in superiori parte, b, versus dextram, c, in opposito, a, & d, in opposito, b, Secat igitur linea, a, c, lineam, b, d, ad angulos rectos: & erunt he linee aut diametri communes limbo & matri. ¶ Deinde circulum secundum aut tertium limbi dividere in, 360, partes aut gradus, hoc modo: quamlibet quartam circuli; iam dicti partire primū in tres partes equas, & iterum quālibet partem in duas, & habes in toto circulo, 24, partes. Quibus & centro, e, applica regulā & pingue aut trahe lineas per omnes quattuor circulos & sunt he linee horarum diei naturalis. ¶ Posthac quamlibet, 24, partiū dividere in, 3, partes: & his & centro, e, iungere regulam & duc lineas a secundo circulo usq; in tertium. ¶ Demū quamlibet partem distribue in, 5, particulas eales, Quibus & centro apta regulam: & duc lineas minutias a secundo circulo in tertium, & ita partitus est circulus optatus in, 360, partes aut gradus. ¶ Numerum horarum diei scribe in inter capedine primi & secundi circuli inchoando in linea post, a, versus dextram: prime igitur linee ascribe, 1, Secunde, 2, Tertie, 3, & sic deinceps usq; in, 12, quehoram conticiniū aut medienoctis indicant: & ponuntur circa litteram, c. Et post noctis medium iterum incipe scribere ad lineas, 1, 2, 3, &c, Continuando usq; in, 12, que horam meridie pandunt & littere, a, iunguntur. ¶ In spatio vero tertij & quarti circuli signabis iuxta, d, incipiendo siue in oriente scribendo versus, a, vel meridiem in primo spatio, 5, in secundo, 10, in tertio, 15, & sic de alijs numeris: per quinaria ascendendo usq; ad, 360, que circa, d, in oriente sedem sibi vendicabūt, Hactenus de compositione limbi. Cuius hanc sume figuram.

De divisione
Limbi.

De inscriptio-
ne numeri ho-
rarum,



De Tribus Circul' formandis sc̄ 3. 7. 79.
Propositio Tertia partis prime.




RES CIRCULOS.

Capricorni Eqnoctialis & Cancri in matre astrolabij artificio sedes describere. ¶ Matris descriptionem: cōmuniū astro-labiorum: que preter vnicam superficiem intra limbū contentam: nullas recipiunt tabulas aut timpana vnius latitudinis aut eleuationis polaris astrolabia appellata in hac & quinqꝫ sequentibus propositionibus ingeniose patefaciemus. ¶ Princípio omniū tres circulos Capricorni, Equinoctialis & Cancri inuenire debemus: sup centro igitur, e,

Quattuor plā
gemūdi inscri
buntur.

& sub limbo ducito circulum Capricorni tantū distantem a superficie interiori limbi ut in tali spatio quattuor plā gemūdi inscribi possint scilicet sub, a, meridies, sub, b occidens; sub, c, septentrio & sub, d, oriens. Obsignabisqꝫ iam ductum Capricorni circulū quattuor litteris, f, g, h, i, in suis quartis aut diametris (diametri em prius in divisione limbi facte partiunt ipsum in quattuor quartas) ponendo, f, sub, a, limbi, g, sub b, h, sub, c, &, i sub, d. ¶ Deinde supputa ab a; a meridie versus orientem. In gradibus limbi; maximam solis declinationē; que hac nostra tempestate, 23, gradus &, 30, minuta non excedit; & ad finem eius imprime notā. Cui & centro, e, applica regulam. & trahe lineam occultam & subtilem a circulo Capricorni usqꝫ ad centrum, e. Deinceps iringe vnam partē regule intersectioni circuli Capricorni & linee occulte: & aliam partem regule littere g: puncto occidentis: scilicet ubi circulus Capricorni & diameter, b, d, se se absecant. Et ubi regla diametrum, a, c, vel, f, h, quod idem est absecat ibi fac notam. Post hac pone vnum pedem circini īmobilem in centrum, e, & alium vagantem extende ī notam in diametro, a, c, vel, f, h, iamiā factam & circino sic manente circinā circulum. Eqnoctialis vel Arietis & Libre. Quem his litteris, k, L, m, n, notabis ponendo, k, sub, f, L, sub, g, m, sub, h, &, n, sub, i. ¶ Quo facto aptaregulam intersectioni eqnoctialis & linee occulte & puncto, L, occidentis in eqnoctiali: & iterum signa intersectionem diametri, a, c, & regule: & mitte vnū pedem circini ī, e, centrum & reliquū pedē vagū ī signaturam diametri: & scribe circulum tropicum cancri. Tandem clarioris cognitiōis gratia ipsis circulis nomina adiunge. Pusta circulo Capricorni ascribatur tropicus capricorni vptropicus hiemalis aut brumalis. Equinoctiali. Equator vel circulus equi noctius. Cancro; tropicus cancri aut tropicus estiuus.

Huius Propositionis sequens
sumatur Schema.



Prima pars De Formatione Propositio Quarta partis prime.



Circulos progressionū aut Almican-

tarath studiose elaborare. Expediti de trib⁹ circu⁹ matris primarijs: nūc ad descriptionē círculo⁹ p̄ggressionū q̄s arabes almīcantarath noīant fauste p̄perabim⁹. ¶ Affigāt īgit⁹ tabula ī assere plano. Ita vt facile moueri nō possit: & circa l̄ram, a, ipsi⁹ limbi annecte tabule lignū planū & rectū lōgitudīs duor⁹ fere pedū: & eiusdē spissitudīs cū tabula astrolabij. Quib⁹ sic dispositis applica regulā diametro, a, c, & plōga i p̄az vltra, a, ī ligno ī nexo ad lōgitudinē pene duor⁹ pedū. ¶ Preterea p̄ cōfectione p̄dictor⁹ círculo⁹ op⁹ erit p̄noscere eleuationē poli aq̄lonij aut arctici sup̄ horizontē optate habitatōis: ad quā fabricā astrolabij instituisti. Hāc aut̄ & si ex ope geographiæ, Ptolemei claudij elicere potes: p̄ tabulā tñ "inferi" exponendā: ad sedē p̄positæ habitatiōis aut vi cinioris grad⁹ polares: q̄s more vulgato eleuationē poli arctici nūcupam⁹ facillime patet. De q̄ & eius iuentiōe: officio tñ instrumēti: & itē de latitudie oppido & alibi ab unde tractare decreuim⁹. ¶ Descriptur īgit⁹ círclos p̄ggressionū p̄ oppido & almo gymnasio Tübingēsi (vt exēplo certior reddaris) ex tabula noīata elicias ei⁹ eleuationē pola rē: q̄. 48, gradib⁹ 8. 40, fere minutis absoluīt. Hāc diligēter nūera in gradib⁹ limbi, a, d, ȳsus, c. h̄ est ab oriēte ȳsus septētrionē: & ī termō graduū & minutor⁹ eleuatōis pola r̄is fac signaturā ī limbo: ad quā & cētrū, e, apta regulā & cū p̄ūctorio fac notā subtile ī æq̄noctiali: ī ea p̄te vbi i p̄a regla æq̄noctialē tāgit & voce, o. Cōsiliū cōputa eandē eleuationē poli a, b, ȳsus, a. h̄ est ab occidēte ȳsus meridiē iter⁹ signādo æq̄noctialē cū si gnatura acuta (vt iā ī pte opposita docuim⁹) q̄ dicat, p. Et qā h̄ae signaturæ, o, &, p, per mediū círcli distare debēt: seq̄t: si i p̄is regulā adieceris hāc p̄ cētrū, e, trāsire necessū sit. Si sec⁹ corrigē errorē. Quib⁹ p̄actis siste vnā p̄tē regle ī p̄ūctū. L, occidētis æq̄noctiali: & aliā p̄tē regle applica ad signaturā, o, ī æq̄noctiali: & vbi regula lineā, a, c, h̄ diamētrū a meridiē ī septētrionē trāseuntē intersecuerit illic imprime notā, q, q̄ cōiter cadit vltra centrū, e, ȳsus septētrionē. Et regula manēte ī p̄ūcto. L, occidētis p̄moue ei⁹ partē vagā ī signaturā, p, & cōtactū regule & diametri, a, c, p̄longate signa nota q̄ vocet, r, & hec plerūq; cadit extra limbū. Posthac q̄re centrū inter has duas notas, q, &, r, ī diametro, a, c, ī quo describare cum vel círculū īmp̄fectū manifestū tñ; īchoando a tropico capricorni ī occidente trāseundo p̄ puncta. L, q, n, vſq; ī tropicū capri corni ī oriente. Q̄ si rite operatus fueris videbis arcū istū per p̄ūcta æquinoctialis. L, &, n, ī unguē vergere. Si aliter cōtigerit scito te errasse: q̄ redēnuo reitera op⁹ & corrigē errorē. ¶ Arcus iste īā descriptus horizon obliquus aut círculus hemispherij habitatiōis oblate recte appellatur. Qui primū & extimū almīcantarath representabit.

Ante q̄ ad descriptionē alio⁹ almīcantarath descedat: p̄ambula q̄dā audire q̄siliū est. ¶ Habet vna q̄p̄ regio: oppidū aut habitatio punctū ī celo verticale: quaquersū ab horizonte æqdīstās qđ arabes zenith vocāt. ¶ Cui⁹ iuētio: ī fabrica nři astrolabij sit ī hūc modū. Sup̄puta ī gradib⁹ limbi ab, a, ȳsus, d, h̄ est a meridiē ȳsus orientē eleuationē poli habitatiōis p̄posita: & fini sup̄putatiōis adiūge notā, Cui & cētro, e, admoue regulā: & fac punctū ī sectionē ipsi⁹ æq̄noctialē & regle, huic p̄ūcto æq̄noctialē & p̄ūcto. L, occidētis eiusdē adiūce regulā: & vbi i p̄a secat diametrū, a, c, ibi fac

Tabulam illā quere folio quinto.

Horizon obliquus.

Zenith regio nis quid sit: & de eius ītētione.

signū notabile qd' dī zenith regiōis oppidi aut habitatōis. Cui' vtilitatē cū de vsu astro labij tractabim' abūde accipies. ¶ Præterea i maxis & pfectis astrolabijs inscribūt. 90. almicatarath. tot em sē circū a quis horizōte corporis spherici i zenith. Et i his astrolabijs vnūqd'qz almicatarath valet gradū vnū: & hec appellat̄ solipartia. ¶ Porro i astrolabijs maiorib'. Quæ bipartia nūcupam'. 45. almicatarath inserunt. In qb'vnū almicatarath duob' rñdet gradib'. ¶ In nōnull' astrolabijs: vocatis mediocria & triptia. 30. ptra hūt almicatarath vbivnū almicatarath. 3. gradib' accōmodat̄. ¶ Ettādē i astrolabijs minis: qnpartijs. 18. tñ inserunt almicantarath. In qb'vnū almicatarath. 5. grad' fuiūt. ¶ Animaduerte igit̄: q si astrolabijs maxis: solipartijs. 90. almicatarath inscribere decreueris: se micircul' ægnoctiala pūcto. p. sup̄ explorato: p meridiē transeūdo vsc̄ in pūctū. o. sup̄ iuentū. 180. ptes vulgata diuisione ptiēd' ē: vtpote primo i sex ptes. scđo iter̄ qli bet ps i sex. & tertio qlibet i. 5. & habes. 180. ptes. ¶ Si aut̄ (vt cōiter qfueuim') in astro labij maiorib': bipartijs. 45. almicatarath pingere. pposueris. lā dictū ægnoxial' semi circulū i. 90. ptes seca: primit̄ i. 3. ptes. scđo quālibet in. 6. & tertio iter̄ quālibet i. 5. & colliges. 90. ¶ Qz si i astrolabijs mediocrib'. tripartijs. 30. almicatarath h̄e volueris expositū ægnoctialē semicirculū ptes i. 60. ptire. pmo in. 3. deinde quālibet i. 4. & rurus quālibet in. 5. & habes. 60. ptes. ¶ Tādē. p astrolabijs minis: qnpartijs. si eorundē 18. almicatarath formare desideraueris s̄epius noiatū semicirculū diuide i. 36. ptes. pri mo in. 3. postea quālibet in. 4. & demū quālibet in. 3. & videb. 36. ptes. Hec pfecto s̄t digna notatu. sed nec id silētio ptereūdū est: has semi ægnoctiales diuisiōes iā exposi tas subtīl' valde imprimēdas vt facile deleri possint: ppter alias ipsi' pftiones fiendas. ¶ His pmissis ad qfectionē almicatarath hec lege. pperab. ¶ Et ḡra exēpli accipe astro labiū mediocris quātitatis: qd̄ forsan mediocris te forma delectat. Qd̄ tripartiū fore ad optas: hui' semi ægnoctialē vt sup̄ admonuim' i. 60. ptes distribue; initiādo a pūcto. p poli arctici in ægnoctiali inf̄ occidentē & meridiē repto: trāseūdo p meridiē vsc̄ in pūctū. o. poli arctici; in ægnoctiali inf̄ orientē & septētrionē impissū. Post hac pone vnā pte regla ad pūctū. L. occidētis in eq̄tore & aliā pte applica ad singlas diuisiōes in ægnoctiali factas semp̄ notādo in ūfectiōes lineāe aut diametri. a. c. cū regla. Inchoādo ne gociū in prima diuisiōe post pūctū. p. eūdo p meridiē ysus orientē & vltra ysus septētrionē cū regla qtinuo retrocedēdo p oia pūcta i ægnoctiali signata: signādo ūfectio nēlineāe aut diametri p̄dicte. a. c. vsc̄ in pūctū. o. eleuatiōis polaris in ægnoctiali inf̄ orientē & septētrionē notatū. ¶ His ūfectiōib' in diametro. a. c. signatis: qre centrū inf̄ duas distātias intersectionē maxiāe in diametro. a. c. post. q. &. r. p vt sup̄ de pri mo almicatarath pcepim'. Quo iūeto inscribe circulū imperfectū p scđo almicatarath vtrīqz tropicū capricorni nō excedētē. Deinde minorato circino iuestiga cētr̄ duar̄ maior̄ ūfectiō ūseq̄ntiū i diametro. a. c. post. q. &. r. & circina aliū circulū ipfectū p tertio almicatarath: & h̄i pacto qtinua opationē p alijs almicatarath ūscribēdis. Figurab aut̄ circlos ipfectos: donec alijs circlos almicatarath sub tropico capricorni ceciderit tūc & qseq̄nter vsc̄ i finē inscriptiōis oīm almicatarath: circlos pfectos qficies. Ultimi yō almicatarath centr̄ ē zenith regiōis aut oppidi ad qd̄ almicatarath instituisti. ¶ De mū nūeros ip̄pis ascribe incipiēdo inf̄ meridiē & orientē: ūscribēdo i pmo spatio. 3. i scđo 6. in tertio. 9. & sic deinceps vsc̄ i. 90. q in zenith capit is sedē habebūt: & h̄i intellige si astrolabiū fuerit tripartiū cui' almicatarath p. 3. distat grad' qd̄ in alijs fm exigentiam diuisionis numeri sunt aptandi. Huius propositionis sequens sumatur figura.

Quadruplicia Astrolabia.

Solipartia


Bipartia

Tripartia.

Quinpartia

Descriptio si ue cōfēctio al micatarath In cipit.

Prima pars



TABVLAREGIONV PRO
VINCIAR ET OPPIDORVM
IN SIGNIOR EVROPE.

Nomina	Glossa		Nomina	Glossa
Hybernia Insula	59		prunsuiga.	53
Scotia.	59		Madeburgum.	54
Dxonum.	53		Erfordia.	51
Compostellum.	45		Zyps.	51
Lysibonum.	41		Ingoldstadium.	48
Toletum.	41		Nürembergia.	49 27
Corduba.	38		Ratisbona.	48
Cesar augusta.	41		Ulma.	48 24
Rothomagus.	50		Praga.	50
Parisiis.	48		Vratislauia.	51
Lugdunum.	45		Cracouia.	51
Burdigala.	45		Cascouia.	50
Quinio.	44		Buda.	47
Tolosa.	43		Segnia.	45
Vien na puincie.	44		Vienna Pānonie.	48
Massilia.	43		Patauia.	48
Prugis.	53		Saltzburgū.	47
Ganduum.	53		Judeburgū.	47
Traiectum.	53		Villacum.	46
Colonia agrippīa	52		Brixina.	45
Machilinia.	53		Venetie.	45
Maguncia.	50		Ferraria.	44
Herbipolis.	50		Ancona.	44
Argentina.	49		Roma.	42
Basilea.	48		Tarentum.	40
Constantia.	47 35		Brundusium.	39
Tūbingū.	48 40		Neapolis.	41
Augusta vindel.	47		Florentia.	43
Dacia.	58		Mediolanum.	44
Suetia.	63		Taurinum.	43
Lubecum.	56		Genua.	43
Dantiscum.	56		Sardinia.	38
			Sicilia.	37

Prima pars. De inscrip^ōe Dūm Azimuth Propositio Quinta partis prime.



IRCULOS VERTI/

cales quos arabes azimuth appellat via geometrica lucu
brare. ¶ Azimuth sunt circuli imperfecti aut arcus circu
lorum quos latini circulos verticales vocat; eo q̄ omnes
per verticē idest per zenith capitū trāseunt. Et quia hi cir
culi per zenith capitū quod in sphaera omnium puncto
rum est altissimum tendunt; plures eosdē circulos altitu
dinum nominant. Dicuntur etiam hi circuli rectitudinū
quia per ipsos scimus in directo cuius partis mundi sy
dus aut stella oriatur atq̄ occidat. Hi etiam circuli quamli
bet quartam in. 90. secant gradus; puta quartam inter ori
entem & meridiem in. 90. & similiter quartam inter occidentem & meridiem in. 90.
Idem iudicium de quarta ab oriente in septentrionem & ab occidente in septentrio
nem. Quare liquet; si omnes circuli azimuth astrolabio inscriberentur essent nume
ro. 180. & horizontem si totus astrolabio insertus esset in. 360. gradus diuiderent; &
eundem searent ad angulos rectos spherales; pro ut facile in sphaera solida manifesta
ri potest; non autem in planispherio. ¶ Horum autem azimuth inscriptio fit in hunc
fermodum. ¶ Affigatur tabula astrolabij super asserem valde longum cum pice; ce
ra aut clavis; taliter; q̄ littera. d. līmbi situetur fīm longitudinē asseris sinistrorum; &
b. fīm longitudinem eiusdē asseris dextrorum. Et circa līram. c. idest in parte septen
trionali astrolabij adaptetur tabula vna eiusdem spissitudinis cum astrolabio compe
tentis quantitatis; vt in ea circulus pro diuisione azimuth possit produci. ¶ Quibus
dispositis prolonga diametrum. a. c. a parte septentrionis vltra limbum in tabula an
nexa. Deinde numera eleuationē poli in limbo a. c. versus. d. idest a septētrione in ori
entem. & in fine numeri fac notam in limbo. Cui & centro. e. apta regulam & ad con
tactū ipsius cū æquinoctiali ping notam que vocetur. s. Præterea puncto. n. æqui
noctialis in oriente & note. s. iam signatæ iūge regulam. & tactum regulę diametriq̄
prolongate signabis nota. t. Erit igitur linea inter. t. & zenith capitū diametri circu
li inscribendi. In ea igitur quere centrum. v. vocatum. Cui immittit vnum pedem cir
cini & alium in zenith aut in. t. distende; & duc circumferentiam occultam quæ neces
sario transibit per puncta. n. &. L. æquinoctialis; & vbi hoc fallit est error operis meri
to corrigendus; taliter; vt circinus extendatur aut comprimatur donec præcise pun
cta prædicta. n. &. L. & zenith capitū tangat. Et hec circumferentia a puncto. n. per
zenith in. L. erit manifesta & bene apparet & primum representabit azimuth. Sed
a puncto. L. per. t. in. n. erit aliquiliter occulta vt descriptis azimuth facile possit de
liri. Post hac medietatem huius circumferentie a zenith versus dextram in. t. diuide p
medium in puncto. x. Itidem fac de medietate leua in puncto. y. Et protrahe dia
metrum occultam per. x. &. y. quæ (si rite operatus es) per. v. centrum huius circumfe
rentie transibit. Quam prolonga ex vtracq̄ parte vltra tabulā astrolabij; in regulis lon
gis spissitudinem astrolabij habentibus asseri affixis quanto longius poteris. In qua

Circuli Azi
muth.
Verticales.

Altitudinum
Rectitudinū

180. azimuth

Inscriptio cir
culorū Azi
muth.



seu Circulorum verticalium. Fol. VI



centrum omnium aliorū azimuth inuenies. Si igitur cupis habere azimuth ad. 360. gradus diuide semicircumferentiam a zenith dextrorsum per. x. in. t. transeundo in 90. partes: aut eandem circumferentiā in. 45. partes distribue si azimuth adduos gradus instituere decreueris vt in maximis astrolabijs obseruandum esset. ¶ Vel in. 30. si ad. 3. gradus Azimuth secernere petieris. Vel in. 18. si ad. 5. vt in maioribꝫ oppor tunum esset. ¶ Vel in. 15. ad. 6. vt in mediocribus. ¶ Vel in. 9. ad. 10. gradus vt in minimis astrolabijs fieri consueuimus. Ita tamen vt vnaqueqꝫ Quarta vt supra memi nimus habeat in se numerum. 90. graduum cōpletorum. ¶ Et ad præsens pro exem plo sufficiet: qꝫ spatiū inter duo Azimuth valeat. 10. gradus. Diuide igitur prædi ctam semicircumferentiam in. 9. partes æquales quo factō ponere regulam ex vna parte super zenith & ex alia parte super primam diuisionem aut punctum diuisionis imme diate sequentem zenith: & vb̄ regula interfecat diametrum occultam prius factā scilicet. x. y. v. ibi fac punctum. A. qui erit centrum secundi Azimuth quod est longissime distantiae a predicto Circulo. ¶ Deinde iterum applica regulam ad Zenith & super secundam diuisionem a zenith: & iterum vb̄ regula interfecat diametrum occultam ibi fac punctum. B. qui erit centrum tertij Azimuth. Et sic consequenter proce de per omnes diuisiones semicirculi faciendo puncta in diametro occulta, & adiungendo litteras. C. D. E. F. G. H. Vt autem puncta diametri occulte versus sinistram habeas id traducendo facile absolues; hoc pacto. Mitte pedem vnum circini in centro circuli. v. & pedem vagum extende in proximum punctum diametri occulte versus dextram. Et circino sic manente & pede fixo in. v. stante fac pūctum in diametro versus sinistram. Itidem age de omnibus alijs punctis diametri versus dextram hoc modo: traducendo ipsa in partem diametri sinistram. ¶ Præterea siste vnum pedem circini in punctum. A. diametri remotissimum & alium extende in punctū zenith capitis; & duc arcum ab vna parte horizontis. per zenith usqꝫ in aliam partem ei oppositam (nullum enim Azimuth debet excedere primum Almicanth, id est horizon tem) qui erit fīm Azimuth. Et circino non variato transfer ipsum in punctum ei æquivalentem aut correlatum in latere sinistro: & fac etiam Azimuth ex illo latere. Rursus pone pedē circini in punctum. B. proximum remotissimo & alium in zenith capitis & iterū produc Azimuth quod est tertium: & etiam ex latere alio vt prius. Et sic cōtinua donec omnia Azimuth compleueris. Quibus rite completis ascribe numeros initium sumendo post punctum. n. æquinoctialis progrediendo versus meridiē circa primum Azimuth scribendo. 10. circa secundum. 20. circa tertium. 30. cōtinuando usqꝫ in. 90. que circa. a. aut meridiem sedem tenebunt. Idem fac ab. n. in septentrionem. Item a. b. in meridiem & a. b. in septentrionē procedendo. Hactenus de confectione & inscriptione circulorum Azimuth.

Exemplū Cō
ficiendorum
Azimuth.

Cautela

ECCE SEQVENS SCHEMA.





De Inscriptiōe Horarū inequaliū. Fol. VII

Propositio Sexta partis prime.




Rcus horarum inequalium ar-

tificialiter planispherio inscribere. Per propositionem se-
cundā huius didicimus confectionē horarū equinoctia-
liū quas vulgo equales nominām^{ur}. Iam nūc ad descrip-
tionem arcū horariorū: temporalibus horis quas hodie in-
equales nuncupamus: cōmodo & accedamus: hoc pacto
¶ Portiones duorū tropicorū Cancrī & Capricorni sub
horizonte in parte aquilonia cadētes in duodenas partes
equas dispartire. Similiter semicirculū equatoris sub hori-
zonte contentū in totidē partes distribue: punctis (vt asso-
let) adiectis. Quo facto accede primitus ad tria puncta ho-


Descriptō ho-
rarū tempora-
liū siue ineq-
ualium.

rizonti occidentali viciniora quoꝝ primū est in tropico Capricorni, secundū in equi-
noctiali, tertius in tropico Cancrī & eorundē officio circini centrū inuestiga, & descri-
be arcū hec tria puncta tangentē. Incipiendo a puncto Capricorni: eundo per pun-
ctum equinoctialis: terminando in puncto tropici Cancrī: & hic arcus erit finis hore
prime inequalis & principium secunde. Et circino non variato quere centrum trium
punctorum proximorum in alio latere horizontis orientalis & duc arcum qui erit fi-
nis hore, 11^c, inequalis & initium hore, 12^c. Vnde constat operationem hanc faciliorē
& breuiores reddi ex eo q̄ cognito centro vnius arcus horarij in una medietate habe-
bitur in eadem distantia centrū alterius arcus horarij in alia medietate. ¶ Porro inqui-
re centrum ad alia tria puncta immediate post arcum hore prime in occidente sequente;
& produc arcum seruientem exitui hore secūde inequalis & exordio tertie. Et in alia
parte puta orientali circino sic stante pīnge arcum pro fine hore, 10. Et ita operationē
cōtinuabis donec omnes arcus horarios compleueris. Tandē ascribe numerū hora-
rum, supple arcui primo vt iā admonuim^{ur}. 1. Scđo dextrā versus, 2. Tertio, 3. & parti
septentrionali, diametri a, c, circa, c, 6. post arcui sequenti, 7, stabūtq; 12, in parte ho-
rizontis orientali. ¶ Gratia aut̄ lucidioris intelligentie animaduertendū. Si artificio-
se & breuiter trium punctorū propounderet: non in linea recta positorū: centrum inue-
nire cupieris Siste pedē circini in uno horꝝ trīum punctorū & alio aliqualiter extenso
duc partem circumferentie occulte. Deinde pone eundem pedem circini sub eadē ex-
tensione in secundo puncto & iterum duc partem circumferentie occulte intersectantē
priorem in duobus punctis; & trahe lineam rectam occultam per ambas intersectio-
nes in continuū & directum versus hanc partem vbi estimas fore centrum trīum pun-
ctorum. Eodem modo fac duas intersectiones per circinum in tertio puncto nō dum
tacto & alio sibi proximo siue hoc possit fieri sub eadem extensione sicut prius siue
sub alia maiore siue minore. Quia circinus semper hoc pacto debet extendi q̄ pos-
sit causare duas intersectiones siue inter duo puncta siue in distantia ab eis qualiter-
cumq; hoc fiat. Habitū igitur talibus intersectionibus per secundū & tertius punctū
repertis duc per easdem lineam rectam subtilem in continuū & directum quo usq; se-
cet primā lineā rectam. Et vbi he linee se se intersectant illic est centrum trīum punctorū
propositorum. Huius propositionis hanc sequentem cape configurationem.

De Artificio-
sa inuentione
centri trīū pū-
ctorū propo-
sitorum &c.
Ecce schema.



B



De duodeci domib^z celī. Fol. VIII

Propositio Septima partis prime.




Rcus duodecim domorū celī ratio-
nabiliter cōstruere. ¶ Hactenus inscriptionibus circulorū Almi-
cantarath Azimuth & horarū inequaliū ipsius matris operam de-
dimus. In presentiaꝝ aut̄ astroꝝ iudicibus morē gerere cupientes
fabricā arcuū duodecim celestīū domicilioꝝ docebimus. Cū autē
in planicie matris pene nil vacui remāsit; ne p̄ cōfusam arcuū & cir-
culorū positionē deturpet qđ prius decēter est figuratū; quicq̄ de cetero describef̄ leni-
ter imprimat; deinde punctū subtiliter sicut punctā Saraceni horas suas in instrumē-
tis horarijs. Faciunt autem sic vt līneē horaꝝ punctis dūtaxat notate inter alios arcus
appareant absq̄ vlla confusione deformi. Velsi manifestos arcus domorū inscribere
decreueris alio colore puta saphirio aut celestino eosdē pinget ab alijs facile & distin-
cte cognosci possint. ¶ Plurifarios autē fabricandaꝝ celestīū domorum accepimus
modos; quos omnes preter hunc quērationalem nominari cōsueuimus missos faci-
mus eorundē enim imbecillitatē & fragilitatē ostendere sine longa digressione nequi-
mus. Et nedisputare potius videamus qđ astrolabij compositionē aut fabricam expla-
nare quod profecto principaliter intendimus silentio transimus. ¶ Recte igitur phi-
losophantes, ppter variam celī ad faciem terre habitudinem domorū proprietates di-
stinxerūt. Et easdē ab horizonte truncari tanq̄ rem necessariā concluserunt; asseren-
tes sex domus totas suprahorizontem & sex sub eo constitui. ¶ Modus aut̄ quē Ioan-
nes de regio monte Germanus rationalem appellat; eo q̄ pluribus validis & prope
ineuicendis monumentis & rationib⁹ sit fulcitus. Dividit in spherico corpore quat-
tuor quadrātes equatoris meridiano & horizonti obliquo interceptos in trinas equa-
les portiones; & per puncta sectionū ducit quattuor circulos magnos meridiano &
horizonti concurrentes in duobus eorū sectionib⁹; tales igitur sex circuli coassum-
ptis meridiano & horizonte totū celum in, 12, spatia partiuntur que domus nuncu-
pantur. ¶ Hunc modum in planispherio hoc pacto vtiliter & exacte describemus.
Equinoctialiū circulū a puncto, n, orientis inchoando in, 12, equales partes distribue-
punctis (vt fit) assignatis. Item intersectionē horizontis obliqui & līneē, a, c, quā me-
ridianam līneam iūste appellamus tanq̄ cōmune punctum omniū arcuum inscribē-
dorum diligenter animaduerte. Post hac inquire centrū trīum pūctorū. Quorum pri-
mū est in equinoctialiū proximū post, n, versus, m, tendendo. Secundū est cōmune
punctum scilicet ipsius horizontis & līneē meridie; versus partem septentrionalem.
Tertiū est p̄ximū post, L, in equinoctialiū ȳsus. K, trāseūdo: p̄ hec cētro iūnēto circi-
na arcū ab vna parte tropici capricorni ad alia; & huius arcus pars oriētalis fini prime
domus & principio sc̄dē adaptabī pars vero eiusdē arcus occidētis termino septime
& initio octauae dom⁹ seruiet. Et circino iūariato iūestiga centrū aliorū triū pūctorū.
Quorū vñū est in equinoctialiū ab, n, versus, k, gradīēdo sc̄d'm cōmune & tertīū īme-
diata sub, L, ȳsus, m, in equatore & iterū duc arcū vt iā sup̄ monuim⁹; haud aliter de
reliq̄ pūctis agendū est. ¶ Postremo arcubus domorū descriptis nūeros adjice; hoc
mō. Arcui horizōtis oriētaliū q̄ initio prime dom⁹ dedicatus est ascribe, 1. Arcui sc̄d'o
sub horizōte oriētali, 2. Tertio, 3, & in pte septētriōis in linea, a, c, circa, c, 4. & iterū
seqnti arcu, 5, & sic deinceps usq̄ i, 12. ¶ Huic p̄positōi hec accōmodabī figuratio.

De Fabrica
duodeci ce-
lestium do-
mīcilioꝝ.

Modus ratio-
nalis Ioannis
de monte re-
gio Germani

Prima pars. Figura XII. domorū celi.



De Linea Crepusculina. Fol. IX
Propositio Octaua partis prime.



LINEA CREPVSCV


linam astrolabio inscribere. ¶ Tametsi superuacaneum fere censeo crepusculum vespertinū & matutinū per inscriptionem propriæ linee designare. Cum per. 18. almicantarath cuiusvis astrolabi id facile doceri possit: eiusdē tamen linee positio pro matris complemēto duplīcī via breuiter absoluītur. ¶ Quarum prima procreat lineam arcualem sub horizonte obliquo: eidem per. 18. gradus equidistantem: hoc modo. Eleuationi polari. 18. gradus addit. & id quod facta additione prouenit (vt in nostra compositione. 66. gradus. & 40. minuta) supputat in limbo a puncto. d. orientis versus. c. punctum septentriōis & fini adiicit notam. Cui & centro. e. iungit regulam & facit punctum in equinoctia li vocatum. z. Applicataq; regula ad punctum. L. equinoctialis. & ad punctum. z. linea. a. c. ad regule contactū signat pūcto. &. Rursus a puncto. a. meridieī ȳsus. b. in limbo consimiliter. scilicet. 66. gradus. &. 40. minuta idem numerat: & eius termino ac centro. e. iuncta regula notat equinoctialem ad tactum eius puncto. con. & iterum adiicit regulam puncto. L. & puncto. con. & signat diametrum prolongatā versus meridiem puncto. t. & inter puncta. &. et. t. experitur centrum in linea. a. c. & trahit lineam arcualem ab una parte Capricorni in aliam quam crepusculinam non minat. ¶ Secunda via inscriptionem eiusdem linee per rete aut voluellum (de quo & eius fabrica in sequentibus dicemus) indicat: taliter caput Cancri decimo octavo almicantarath occidentalī applicat. & locum capitatis Capricorni signi oppositi in parte orientalī nota afficit subtili. Item principium Arietis eiusdem decimo octavo almicantarath iungit: & initium Libre in oriente notat. Itidem facit de capite Piscium: notwithstanding signum Virginis in oriente constitutum. Harum trium notarum centrum adiumento circini inuestigat. & ducit semicrepusculinam lineam orientalem a circulo Capricorni usq; in lineam. a. c. Haud secus ac iam exposuimus agit hec via ad. 18. almicantarath orientale: pingendo notas ad signorum oppositorum initia in parte occidentali & reperto centro earundem notarum producit semicrepusculinam occidentalem. Et tandem iunctis duabus semilineis tota crepusculina emerget. Cui si libuerit titulum talem Linea crepusculina adiicerē potes.


Scđ's modus
inscribendi li
neam crepu
sculinam.

PRIMA VIA SEQVENS
PROPONIT SCHEMA.

,

Bij.





De Fabrica diuersorum Astrolabiorum Fol. X

Propositio Rona partis prime.



Solis altitudo an ante aut postmeridiana sit pscrutari. ¶ Nonunq; oritur dubiū an Solis altitudo instrūto ex plorata sit aī aut post meridiē accepta. Vñ etiā in dubiū vertiā an meridies trāsierit an ve sit expectādus. Eth̄ plerūq; accidit cū Sol p̄p̄emeridianū circulū consti tuitur. Hui⁹ dubij hāc cape determinationē. ¶ Per ppositionem antecedentē Solis al titudinem obserua; quā ex scribendo vocabis primā altitudinē; postea modico inter uallo elapso; cape sicut instruximus astrolabiū; sisteq; ad Solē & rursus recipe altitudi nē Solis quā prime subscribēdo voca scđam. Tūc si scđa altitudo fuerit maior prima; scito altitudinē primā esse antemeridianā; & nōdum esse meridiē quia Sol ab horizon te exortiuo ascendēdo; raptu primi mobilis; nōdū meridianū adiūt. Si aut̄ secūda altitu do fuerit minor prima; scito altitudinē esse postmeridianā & meridiē transisse q̄a tunc Sola meridiano incipit descendendo horizonti occiduo appropinq; re. Quota aut̄ sit altitudo Solis meridiana post hac p̄ p̄priā explicabim⁹ ppositionē; p̄ quā hāc p̄sens iustior & lucidior reddetur. Hic em̄ supponimus primā altitudinem inuentā meridia nam nō esse. ¶ Verbi gratia repetatur altitudo Solis, 24. graduū p̄ p̄positionē antece dentem inuenta: querit vtr̄ ipsa sit ante aut post meridiana & ne sit meridies p̄teritus futurus ve. Memoratam igitur altitudinē, 24. graduū seorsum scribo & primam appello. Postea expecto paululum & iterum officio astrolabiū Solis altitudinem inuesti go; quam gratia exempli, 25. gradus continere video; hanc priori sub exaro & secundam voco; quae quia prima maior est. Infero primam altitudinem Solis fuisse antemeridianam & tempore prime obseruationis Solē nec dū meridiē p̄creasse.

Propositio Sexta . Secūde partis.

Dies naturū,

Horam equinoctialē diei artificialis quā vulgo æqualē dicimus et eius partē dignoscere. ¶ Pro huius ppositionis & sequentium intelligentia scire opere preciū est. Astronomos duplē distingere diē naturalē scilicet & artificialē. ¶ Naturalis dies; tempus est quo semel reuoluītur totus æquinoctialis motu primi mobilis circa terrā: cū tāta pte æquinoctiali; quāta correspōdet arcui Zodiaci quē Sol interim motu, pprio cōtra primū mo bile pambulat. Tēpus em̄ quod cōsumit Sol cū fuerit eius centrum in circulo meridiano donec iterum redeat ad eundem meridianū, pprio dicitur dies naturalis & est spatium 24. horarum & aggregat hic dies; artificialē diem cū nocte tanq; ptes eius, Nox em̄ vt Seruio placuit; pars est diei intelligenaturalis. ¶ Et non a nocte sed a parte potiore

Secunda pars Fol XXXV

& meliori scilicet a lumine dies nominat. Vnde vsus obtinuit ut sine noctis cōmemoratione die & numerus explicet. ¶ Et est dictus naturalis quia nō diuersificatur in diversis habitatiōibus. Immo in omnibus partibus terre habitabilis est sensibiliter æq̄lis nō aut dies artificialis de qua iam diceat. ¶ Huius diei principiū alij esse volūt a media nocte vt Romani. Alij vt Babilony a Solis exortu: quidā ab eius occasu vt Athenienses & iudei. Alij vt astrologi & Arabes a meridiē. ¶ De differentia dierū naturalium: medio criū & apparentiū Ptolemeus Libro. 3. abunde disputat ad illū ergo locū breuitate cōsulti lectoris diligentia remittimus. ¶ Dies vero artificialis est latio Solis supra horizontē. Idest tēpus mēsurās lationē. Idest motū Solis supra horizontē. ¶ Dictus artificialis quoniam diuersus in diversis partib⁹ terre habitabili⁹; sed quia habitatio est quoddā artificialia ab arte pcedens & voluntate. Est em voluntariū q̄ habitetur talis vel talis locus quare &c. ¶ At latio Solis sub horizonte. idest tempus mensurans huiusmodi motū dicitur nox. Sed quia dies tum naturalis tū artificialis & nox vſitata diuisione in horas partiunt. Contuendū: horā esse duplicem. Equinoctiale scilicet & temporalē. ¶ Hora equinoctialis quā æqualem dicimus est vigesima quarta pars diei naturalis scilicet tempus in quo. 15. gradus equinoctialis oriuntur. ¶ Dicta hora æquinoctialis quia per motū æquinoctialis causata. ¶ Equalis (sīm vulgi estimationē) propter regularitatē & equalitatē motus ipsius æquinoctialis. ¶ Dixi sīm vulgi estimationē quia propter motū quo Sol primo motui contra nititur nō nihil paullum. 15. gradibus addendū esset sed quia id parui admodū momenti est vulgus nō reputat: hanc plures vocant Solarem quia eius motū ipsam deprehendimus. ¶ Hora autem temporalis aut naturalis: inæqualis aut planete est. 12. pars diei artificialis similiter & noctis. ¶ Hore temporales aut inæquales ipsius diei artificialis a Solis exortu initium sumunt. Noctis vero a Solis occasu. ¶ He sunt hore quibus prisci vtebantur qui dies quoscūq; & etiam noctes in duodenas horas distribuebāt. Et quia eas horas ex dominio & regimine planetar̄ quo hec inferiora regere & disponere dixerunt distinguebant ipsas naturales: temporales & planetarum appellabāt. ¶ Quas hodie inæquales. Dicimus: quoniā dies artificiales non semper ad inuicē equantur. Immo quasi semper sunt inæquales ad inuicem & cum noctibus. Ideo sequitur q̄ hore vnius diei non equantur horis alterius; neq; horis noctis. Immo diei longioris hore sunt maiores: & breuioris breuiores: & in alio loco maiores q̄ in alio cū pars determinata totius maioris maior sit & minoris minor. Non igitur dicta est inæqualis huiusmodi hora comparata ad horas eiusdem diei quia he omnes sunt æquales scilicet duodecima pars: sed respectu horarum alterius diei &c. ¶ Bis autem in anno hore inæquales & æquales sunt pares: alias nunq; scilicet quando Sol principiū Arietis. & Libræ possidet. ¶ Preterea hora æqualis in. 60. particulas frangitur & una dicitur minutum & rursus minutū in. 60. particulas diuiditur & una vocatur secundū: & una secundū in. 60. partitur tertia. & sic in infinitū per sexagenarū diuisionem proceditur. ¶ His præambulis generalibus expositis ad rem nostre propositionis properemus. Ad diē oblatum: verum gradum Solis per secundā huius addisce: quo in Zodiaco Retis explorato ipsum aut nota meteriali aut mentali signabis. Per quartam autem huius observationa Solis altitudinem: quā aut ante aut post meridianam dici per quintam huius cognosces. Eleua ergo gradum Solis in Reti signatum super tantam altitudinem inter Almicantharāt quāta est altitudo Solis in dorso astrolabij reperta. Et hoc absolue in parte orientali astrolabij si altitudo est antemeridiana; aut in parte occidētali si fuerit post

Dies natura
lis dicitur.
Diei principiū.

Differētia dī
rū naturaliū.
Dies Artifici
alis est & dicitur.

Nox.

Hora equino
ctialis est & dī
citur.

Hora t̄pali,
naturalis in
æqualis aut
planete est.

Initium.
Secundū.
Tertiū &c.

Secunda pars.

EXEMPLVM.

meridiana. Quo facto reti stāte iuariato iunge Almuri p lineā fiducie gradui solari & sumitas eiusdē Almuri in circulis horarijs limbi horā æqualē & eius ptem si quā habuerit; tibi in pmptrū indicabit. Quā ante meridianā pñnciabis; si sumpta altitudo meridiē pcesserit; aut post meridianā si altitudo Solis post meridiē recepta fuerit. ¶ Qd si Almuri sup lineā horariā in astrolabio descriptā pçise ceciderit; adiectus nūerus pandet tibi horā quā totā ab h̄sse & cōpletā p̄dicabis & seqntis horæ instat principiū. Sin Almuri sup spatiū inter duas līneas horarias contentū ceciderit; cito horā hāc cui spatiū Almuri occupat esse incompletā & fluentē; certāq; eius partem fluxisse. Et cum scire optaueris quāta pars ipsius sit elapsa suppata gradus limbi a linea hore cōpletæ; & pterite vscq; ad linea fidei ipsius Almuri; & cuilibet gradui suppato da qttuor minuta tēporis; & mox cognosces qnta ps currētis horæ sit trāfacta. ¶ EXEMPLVM huic ppositioni tale subiungendū est; resumāt p secundā hui verus Solis locus in 5. gradu & 29. minuto Pisciū repertus; quē in Zodiaco retis quero; & facio notam in linea ecliptica post qntū gradū Pisciū; fere in medio sexti gradus. Repeto eiā p qrtā hius altitudinē Solis, 24. graduū; quā p quintā ante meridianā esse didici. Cōputo igit 24. gradus altitudinis in pte oriētali astrolabijs in ipsis almicantharat. Inchoando a primo & ascendēdo vscq; meridiē vscq; in, 24. almicantharat in quo terminat memorata altitudo. Quo diligēter cōsiderato eiusdē (scilicet, 24. almicātharat) iungo fm omnē p̄ae cisionē; verū locū Solis in reti notatū & reti immoto; Almuri gradui Solis applico. & fm cōtactū ipsius limbi video horā nonā antemeridianā cōpletā & omnino transisse ipsumq; Almuri occupare decimā fluentē. Numero pterea gradus limbi a linea hore nonae cōplete vscq; ad cōtactū Almuri & inuenio, 8. grad⁹ & pene mediū. Do cuilibet gradui quattuor minuta tgis; qd' multiplicādo absoluo; & semigradui, 2. minuto collico, 36. minuta q de hora decima trāsierūt. scz hora media & sex minuta. Habeo igit horā ægnostialē aut eqlem & eius partē quod fuit cupitū. ¶ Hic tñ nō est silētio p̄tere redundū; q in astrolabijs; q sup Solipartia noiauimus; in quibus oia almicantharat scilicet, 90. sunt inscripta singulis gradibus altitudinū seruētia; nulla penitus est in locatione gradus Solis vel Stelle sup suā altitudinē difficultas. Si ferē in astrolabijs bipartijs; vbi quodlibet spatiū duob⁹ almicantharat intercepitū: duob⁹ seruit gradibus. ibi em p solā estimationē cū nō nunq; altitudo inter duo almicantharat ceciderit eandem facile aptabis gradui Solis aut stelle. In tripartijs vero & qnpartijs maior est operationis difficultas si saltē oīmoda te delectat p̄ae cīsio. Quando em (vt fit s̄epius) altitudo nō cadit p̄cise super Almicantharat sed in spatiū super medium, & dubitas in quota parte spatiū altitudo tua sit locanda: tunc volue gradum Solis ad principiū p̄cedentis almicantharat & nota gradum contactus Almuri in limbo. Deinde promove gradum Solis super sequens almicantharat & iterum nota locum Almuri in limbo; & gradus limbi inter primā & secundā notas contentos multipliça per gradus altitudinis tibi dubios; & productū diuide per tot gradus quot valet spatiū inter duo almicantharat comp̄hensum; vt si valet tres per tres si quinq; per, 5. & habeo in quotiente gradus; & si facta diuisione aliquid fuerit residuū illud multipliça per, 60. & diuide per id per quod prius diuisiſti & habes in quotiente minuta. Quo facto volue Almuri a prima nota in limbo signata per tot gradus & minuta quot exierūt in nūero quotiēnte; & applicato gradu solis; stabit ipse p̄cise in sua altudine.

Propositio Septima Secūde partis.

Altitudinē Solis meridianā per quā me-
ridiē cognoscimus notā fieri. ¶ Plures huius rei cognoscendemodos ac-
cepimus. Quorū primus est generalis in hāc formā: duabus fere horis ante
meridiē Solis altitudinē per astrolabiū obserua; & eius scribe numerum &
post paululū rursus obserua; crescentēq; altitudinē scribe, & id crebro facito quo ad
videris altitudinē pauxillo quopiā de crescere ex scriptis igit̄ altitudinib; hāc elice quę
oībus maior est. Quā altitudinē meridianā solari gradui eiusdē diei cōgruentē recte, p
nūciabis. ¶ Huius rei grā sit Sol, pposito dieputa. 5. Martij in. 24. gradus Pisciū. Ca-
prio Solis altitudines, primo ante horā. 11. & inuenio. 36. gradus. Dein post. 11. offend-
do. 37. & postea. 38. & rursus. 39. demum. 38. de crescente. Dico igit̄. 39. gradus es-
se altitudinē solarē meridianā, pposito gradui Solis. ¶ Plericq; altitudinē Solis meridi-
anam initī recessiōis ipsius noiant & haud absurde; nā hoc epitome Solē, p eo gra-
du quē occupat; nō altius zenith capitū nři adire ver̄ iam īa declinare; & ab eo p alti-
tudinis minora mentū & defectionē in occidentē ferri significare volunt. ¶ Secūdus
modus talis est, Inuentae linea meridianae in plano ad æquidistantiā horizontis pos-
to; infige stilū teretē orthogonaliter erectū; & cū vmbra stili linea meridianae copula-
ri videris, Illoco p instrumentū altitudinē Solis obserua q̄ rite numerata eius meridia-
nam altitudinē, p gradu signi i quo Sol optato die morat indicat. Missam facimus hīc
inventionē linea meridianae cū alibi de ea retracteū & quidā abundissime ne amplian-
di libri potius q̄ res vtiles tradendī grā calamū versasse videremur. ¶ Tertius de hīc
modus hoc pacto absoluītur. Gradū Solis diei oblati in reti notatum; pone sup linea
meridiei in facie astrolabij & altitudo a primo almicātharat vsq; in gradum Solis sup-
putata altitudinē Solis meridianā pandet. Et qñcunq; inuenēris hanc altitudinem in
dorso astrolabij tunc erit verus meridies illius diei. Verum hīc modus particularis est
seruiens dumtaxat pro ea habitatione & poli eleuatione ad quam mater astrolabij aut
tabula regionis fabricata est; quod si nō vis falli id sedulo notabis. ¶ Quartus modus
huiuscmodi negotium officio tabulæ absoluīt, hac lege, Cum vero Motu Solis diei
propositi Tabulam altitudinum Solis meridianarum ingredere quærendo signū So-
lis aut in capite aut pede ipsius tabule. Signo in capite inuento ḡadum Solis in linea
numeri graduum prima lateris sinistri; a capite tabulæ ad pedem ipsius descendendo,
inuestiga & in cōmuni angulo signi & gradus offendes altitudinem Solis meridianā.
¶ Q; si signum Solis in pede tabulæ repertum fuerit gradum eius i vltima linea nume-
ri graduum lateris dextrī; a pede ad caput tabule scandendo recipe; & in cōmuni line-
arum concursu Solis meridianā altitudo apparebit. ¶ Q; si non nunq; motū Solis
minuta quæpiam adheserint: dupli introitu agendum est, scilicet differentia elicien-
da & pars proportionalis fm proportionem minitorū iuxta integros gradus ad. 60.
minuta sumenda & tandem addenda vel rei cienda prout hoc negotium postulat &
quemadmodum in alijs tabularum operibus fieri solet: quod qui prius non didicerit
q̄ astrolabij usus aggredit ineptus doctrine nostre censebitur auditor. ¶ Repeto gra-
tia exempli verum motum Solis iam supra oblatum. scilicet. 24. gradū Pisciū. Quæ-
ro signum Piscium in capite tabulæ &. 24. gradum in linea prima lateralī sinistrorum
& in cōmuni angulo signi & graduum inuenio. 38. gradus. &. 57. minuta altitudinē
Solis meridianam præcisam pro altitudine poli arctici in capite ipsius tabule exp̄ssā.

PRIMVS
MODVSEXEM-
PLVM,SECVN-
DVS MO-
DVS,TERTIVS
MODVSQVAR-
TVSMO-
DVS,

Secunda pars.

Tabula Altitudinū Solis Meridianarum
supputata ad Eleuationem Pōli
Artici XLVIII. Gradū
Et XL. Minutorū.

þ	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð
þ	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð	ð
0	17	50	0	21	8	13	29	50	21	41	20	24	52	50	21	61
1	17	50	1	21	21	13	30	11	21	41	44	24	53	11	21	61
2	17	51	1	21	34	14	30	33	21	42	8	24	53	32	21	61
3	17	52	2	21	48	14	30	54	22	42	32	24	53	53	20	62
4	17	54	2	22	2	14	31	16	22	42	56	24	54	13	20	62
5	17	56	2	22	16	15	31	38	22	43	20	23	54	33	20	62
6	17	58	3	22	31	15	32	0	22	43	43	24	54	53	20	62
7	18	1	4	22	46	15	32	22	23	44	7	24	55	13	20	62
8	18	5	3	23	1	16	32	45	22	44	31	24	55	33	19	63
9	18	8	5	23	17	16	33	7	23	44	55	23	55	52	19	63
10	18	13	4	23	33	16	33	30	22	45	18	24	56	11	19	63
11	18	17	6	23	49	17	33	52	23	45	42	23	56	30	18	63
12	18	23	5	24	6	17	34	15	23	46	5	24	56	48	19	63
13	18	28	6	24	23	17	34	38	23	46	29	23	57	7	18	63
14	18	34	7	24	40	17	35	1	24	46	52	23	57	25	18	63
15	18	41	7	24	57	18	35	25	23	47	15	34	57	43	17	63
16	18	48	7	25	15	18	35	48	23	47	39	23	58	0	17	64
07	18	55	8	25	33	19	36	11	24	48	2	23	58	17	17	64
18	19	3	8	25	52	18	36	35	23	48	25	23	58	34	17	64
19	19	11	9	26	10	19	36	58	24	48	48	22	58	51	16	64
20	19	20	9	26	29	19	37	22	23	49	10	23	59	7	16	64
21	19	29	9	26	48	19	37	45	24	49	33	22	59	23	16	64
22	19	38	10	27	7	20	38	9	24	49	55	23	59	39	15	64
23	19	48	10	27	27	20	38	33	24	50	18	22	59	54	15	64
24	19	58	11	27	47	20	38	57	23	50	40	22	60	19	15	64
25	20	9	11	28	7	20	39	20	24	51	2	22	60	24	14	64
26	20	20	11	28	27	20	39	44	24	51	24	22	60	38	14	64
27	20	31	12	28	47	21	40	8	24	51	46	21	60	52	14	64
28	20	43	12	29	8	21	40	32	24	52	7	23	61	6	13	64
29	20	55	13	29	29	21	40	56	24	52	29	21	61	19	13	64
30	21	8	13	29	50	21	41	20	24	52	50	21	61	32	13	64
	þ	ð	m	ð	m	m	ð	m	ð	m	m	m	ð	ð	ð	ð

Secunda pars fol' XXXVII

Propositio Octaua Secunde partis.

Empore nubilo altitudinē solis prope ve-

rū determinare. Nō nunq; ppter nubiū dēsitatē aut nebulae interpositōnē sol latet & obumbrat; corpe eius paulū apparēte. Ita tñ q; pfectos & plenos radios nobis denegat. Q; si tūc Sol' altitudinē obseruare volueris; suspēde astrolabiū sup̄ oculum. Ita q; ei⁷ latus ysus Solē vergat & Alhidadā Solī obiectā vltro citroq; cīrcūagito quo ad vnius oculi visus p maiora tabellarę foramia in medium aut centrū apparentis Sol' dirigat. & cōtactus Alhidade in q̄rta altitudinis Solis eleuationē sup̄ horizontē aut altitudinē manifestabit quā p qntā hui⁷ añ aut pomeridianā esse addisces. Cū qua nō aliter opere ac sī radiantē Solem habuisses. Nullo hic exemplo opus esse reor propter facilitatem ppositionis p̄cipue si antecedentiū ppositionē diligentē rationē accepisti.

Propositio Nonna. Secunde partis.

Nocturno tpe stellarū celo herentiu altitudines facile nūerare. ¶ De diurna altitudine aut sublimitate haec tenus de nocturna hīc dicere aggrediemur. Descripte sūt i reti nō nllē stelle cōelo hērētes clariores & fulgētores q̄s vulgo firmas aut fixas noīamus. Expedit igit̄ altitudis nē noctu cape volēti inspicere vnā positaे stellare i aranea vt Aldebaran. id est oculū tauri. Cor leonis. Spycā. Cor scorpij aut aliā sup̄ terrā apparentē hī mō. In sublime at tollē instrumentū ī p̄m sup̄ tuū ponēdo oculū & latus ipsius ad p̄spectāstellā q̄ maxime fieri potuerit dirige. Deinde oculū inferiori pinnule Alhidade subīciendo ipsam sensum sursum deorsumq; torqas q̄d oculi radius p foramē maius inferioris pinule īmissus foramī maiori superioris coaptet; p vtrūq; pariter foramē p̄spiciat; p̄spiciendo igit̄stellā p̄tē cōsidera i quā Alhidade linea fiduciae decidit; q̄ta sit ab horizonte (sicut sit pra de Sole docuim⁷) & hāc nota ac stellae altitudinē vocato meridianā aut añ aut post meridianā vt. s. de Sole p̄cepimus. Hic sane opus est diligentia vt altero dūtaxat oculo stellā species; altero clauso; & vt apertū oculū maioribus tabellarę foramib⁷ aptes. Ob hāc causam ī q̄libet tabella duo ponunt̄ foramia vnū maius ppter stellas fixas q̄ radi os fortes nō habēt & aliud min⁷ ppter Solem. ¶ De stellis fixis cognoscendis deinceps per p̄priam ppositionem abunde dicemus. ¶ Præterea stellis erraticis aut planetis noctu sup̄ horizontē apparentibus nr̄a hec ppositione facillime aptari p̄t. Exempla per temet ipsum si nō penitus ebes es facile potes constituere.

Propositio Decima. Secunde partis.

Habā equalē nocturno tpe artificiose cognoscere. ¶ Sicut p Solarem altitudinē diurne inueniuntur hore sic p stellare fixare nocturne eliciuntur. Nocte igit̄ serena; note stelle inerraticae: in reti positę altitudinem & quā cōeli partem possideat animaduerte. Eandemq; altitudinē inter almicantharāt supputa ī ea pte in qua rationē stelle habuisti hī est ī parte orientali si stella añ linea meridianā īnuēta fuerit: aut occidētali si post: aut ī linea meridianā si p̄cise meridiē tenuerit. Et fini supputate altitudinis caput eiusdem stelle suppone hoc est verte aut cīrcūvolue rete donec cacumē stelle termio nūrate altitudinis

Secunda pars

EXEM
PLVM

adamussim iūxteris; & reti īmoto; applica Almuri ḡo loco Solis & mox sumitas ei⁹ in gradib⁹ marginis aut limbī horā equalē nocturnā & ei⁹ pte indicat. Quā ante noctis mediū aut intēpestā, pñūciabis si Solaris gradus aī angulū terre iuent⁹ fuerit. Aut post mediū noctis; si postangulū reptus fuerit. ¶ Proposito, ppositio i breue h̄ accōmoda b̄i exēplū. Offerit in Stella regia q̄ dicit cor Leonis quā nocturno tpe, s̄, horizontem aī meridianā ptem possidere cerno. Capio ei⁹ altitudinē q̄ sit ḡra exēpli, 48, graduū; q̄ ab horizōte exortiuo nūerata iūgo p circūactionē retis acutiē memorate stelle círculo almicātharat q̄ nūero, 48, insignis & in quē nūerario altitudinis finis. Deinde suppo-
no Solē, 24, gradū Pisciū possidere; adiūcio ḡ Almuri Solari gradui in reti notato; cui⁹ sumitas indicat mihi in limbo horā octauā eqlēm; q̄ noctis est & currētis nonæ minu-
ta q̄si, 2, trāsisse; ecce n̄re ppositiōis clar̄ exemplū. ¶ Haud dissimilis est opatio p stel-
las erraticas, i. planetas; sumptis (poblato tpe) loco ḡo & latitudine alicui⁹ planetę ex
ephemeride aut aliunde, quibus in Zodiaco retis signatis vices propemodū stelle fixę
supplebit. Sed de ea realib⁹ latius tractabitur.

Propositio Undecima Secunde partis.

EXEM
PLVM

Temp⁹: ort⁹: & occasus solis paucis absol-
uere. ¶ Gradū Solin reti notatū: diei oblati: pone sup primū almicātharat
ex pte orientis & applicatū almuri oñdet tibi in limbo tpus ortus Solis scz
q̄ hora & qb⁹ minutis pficiat. Deinde circūacto reti gradū soł ad almicātharat occiden-
tale siste & Almuri i ḡtextu horar̄ eqlū tps occasus. Solis manifestabit. ¶ Exemplū
breue q̄nta die Mēsis Martij ponat ver⁹ locus Solin Piscib⁹, 24, gradu, apto, 24, gradu
Pisciū ad primū almicātharat oriētale h̄ est ad horizōte exortiuū & adiectū almuri idis-
cat i margie Solē p⁹ horā sextā eqlē, 11, fere minutis exoriri. Et voluto reti iūgo ḡdū soł
primo almicātharat i occiduo h̄ est horizōti occidētali & addito Almuri video in lim-
bo Solē occidere post horā q̄ntā minutis. q̄si, 49. ¶ An iaduerte tñ q̄ cognito ortu So-
lis p pñtē, ppositionē si distatiā ei⁹ a meridie cōputaueris i p̄am occasū Solite nūerare
¶ Adiūmēto h̄ ppositiōis (si celeriorē har̄ reꝝ cōputatōe desideras) fac tabulā ortuū
& occasuū Solituē habitatōi, ppriā ichoādo ab iūtio signi Arietis trāseūdo p oia signa
& grad⁹ eorūdem

Propositio Duodecima Scđe ptis.

Arcus diur-
nus est.
Arcus no-
cturnus.

Arcū diurnū & nocturnū solis quātitatē
diei artificial⁹ & noctis iqrere. ¶ Notādū q̄ arc⁹ diurn⁹ Sol aut orbis diei est
arc⁹ eqnoctial⁹ p ort⁹ eo tpe q̄ sol motu primi mobiſ mouet ab initio ortus
usq̄ ad ei⁹ occasū. Arc⁹ ḡo nocturn⁹ vlorb noctis est arc⁹ eqnoctial⁹ p ort⁹ eo tpe q̄ Sol
mouet ab occasu usq̄ ad ipi⁹ ortū. ¶ Quos h̄ pacto iuenies. Supposito gradu Sol pri-
mo almicātharat i pte oriētali locū almuri Solari gradui iūcti i gradib⁹ limbī diligēter
signa. Postea moue gradū soł cū reti p meridiē usq̄ ad postremū almicātha, occidētale
& iūcto almuri iteꝝ ei⁹ locū i libo sig affice. Quo facto cōputa grad⁹ libi imp̄sentiarū
officiū eqtoris tenētes: a priā signura fm motū retis & ḡd⁹ soł scđaz & habeā arcū diur-
nū Sol. Quē si a, 360, gradib⁹ subtraxeris nocturn⁹ arc⁹ Sol residuabit. Arc⁹, n, diurn⁹

& nocturnus aggregati semper totū æquatorem, id est, 360, gradus faciunt. ¶ His habitis si quolibet die scire optaueris quantitatē aut longitudinē diei artificialis, id est ex q̄t horis equinoctialibus aut equalibus & earūdē fractionibus hmoī constet dies. Diui de arcum illius diei per, 15, & in numero quotiente habebis numerum horarū æqualium / & si aliquid fuerit residuum multiplica per quattuor & habebis minuta, hore, & sic colliges quantitatē diei artificialis. Similiter si libet procede cum arcu noctis dividendo eum per, 15, & videbis in quotiente horas noctis & cum residuo fac ut prius. Aut subtrahē longitudinem diei a, 24, horis & prodibit quantitas noctis: semper enim hore diurnae & nocturnae simul aggregate, 24, horas, id est diem naturalem constituunt. ¶ Longitudo tamen diei & noctis ex hoc nostro instrumento aliter hoc modo colligetur. Stante gradu Solis ut prædiximus in horizonte orientali fac signaturā ad situm ipsius Almuri in circulis horarum æqualium limbī. Revolutoq; gradu Solis ad horizontem occidentalē denuo signaturam in limbo iuxta almuri pingue. Numerato itaq; tempore quod his signaturis intercipitur per meridiem gradiendo in dubitatam longitudinem diei artificialis congregabis. Quia a, 24, horis, dempta noctis quantitas facile constabit. ¶ Autaliter & faciliter longitudo diei addiscitur / tempus occasus Solis propositi diei (quod a meridie numeratur) per præcedentem inuestigā. Quod duplatum longitudinem eiusdem diei manifestat. ¶ Resumātur gratia exempli, 5, dies Marci & locus Solis in, 24, gradu Piscium, pono, 24, Piscium ad horizontem exortum / & facio notam ad situm Almuri in gradibus limbī postea voluo eundem gradum ad horizontem occidentalem & pingō notam in limbo, & numerato arcu a nota in notam per meridiē transiendo inuenio, 175, q̄si gradus æquatoris. Arcū diurnum Solis propositi diei indicantes. Quem si a, 360, gradibus subtraxero elicio arcum nocturnum, 185, graduum. Item si arcum diurnum per, 15, diuisero habeo in quotiente, 11, horas & in residuo sunt, 10, fere gradus qui dant mihi, 40, quasi minuta. Colligo igitur diem artificialē, 11, horarum, 40, penem inutorū. & per subtractiōnem a, 24, horis cerno noctis quantitatē scilicet, 12, horæ &, 20, minuta. Cætera omnia sunt facillimae computationis quare transeo.

De quantitate aut longitude diei Artificialis.

EXEMPLVM.

Propositio Tertiadecima Secunde partis.

Initiū. finē & durationē crepusculi matutini & vespertini perscrutari. Huius negotij veritas duabus vijs acquiritur. Quarum prima que certior apparet per, 18. Almicantharat operatur/hoc modo Nadair Solis copulat q̄rectissime, 18. Almicantharat ex parte occidentis & emittit Almuri ex gradu Solis ī limbū qđ in circulis horaꝝ æqualiū mox indicat principium crepusculi matutini. Quod aurorā aut diluculū nuncupamus quia tunc primū aer propter solariū radiorū advectionē splendescere incipit. & fit ante Solis ortū, & in eodē se terminat. Tempus enim quod his terminis scilicet initio & fini intercipit crepusculū matutinū vocā. Crepusculū quia tēpus mediū inter diē clarū & noctem obscuram quasi crepera, id est dubia lux. Deinde hec via īgīt Nadair Solis, 18. Almicantharat ex parte orientis & Almuria gradu Solis porrectū; In margine finē crepusculi vespertini, id est defectū apparitionis Solariū radiorū & perfectenoctis presentiā manifestat. Cuius initium a Solis occiduo metitur. Quicquid igit̄ temporis initio & fini dicti crepusculi interponitur haud inepte crepusculū vespertinū appellatur.

Secunda pars

EXEM-
PLVM,

¶ Secunda via negotiū præsens p lineas crepusculinas astralabio inscriptas absoluī taliter/gradū Solis iungit lineæ crepusculinæ orientali & applicat Almuri qd' in limbo principiū crepusculi matutini pandit. Præterea eundē gradū adiungit crepusculi nō occidentali & ostendit Almuri in limbo finem crepusculi vespertini. Quorū initia fines & durationes determinantur quēadmodū in prima via expositū est. ¶ Vtrūq; aut crepusculū fīm Astronomos adnumeratur nocti/fīm vulgum vero diei. ¶ Siscire volueris vicinitatem initij crepusculi matutini aut aurore accipe altitudinē alicuius stelle in reti descriptæ: & caput eiusdem stellæ superpone altitudinē in ipsis Almicantharat numerate in plaga sua: & cōsidera fīm primā viam vbi sit nadair Solis. Si ēm. in. 18. al- mīcātharat ceciderit ex parte occidētis: ecce aurora aut initiū crepusculi matutini. Aut si gradus Solis fīm secundā viā lineā crepusculinā orientalē adierit iterū aurora &c. Si mīle sume iudiciū de ppinqūitate finis crepusculi vespertini. ¶ PRIME vie hāc exē plarem sume computationē. Repeto quintū diē Martij & verū locū Solis sc̄z. 24. gra- dū Pisciū. Pro eo die initiū crepusculi matutini aut aurore hac lege determīo. Nadair Solis. id est. 24. gradū Virginis superpono. 18. Almicantharat in occidēte. Almuri au tem appliko gradui Solari scilicet. 24. Piscium quod in margine ostendit mihi prin- cipium crepusculi matutini aut aurore; mane post quartam horam. 20. fere minutis. Tēpus aut numeratū a principio huius crepusculi usq; in exortū Solis (qui p vndeci- mā huius repertus: accidit hore. 6. minuto. 11.) est. 1. hora. 51. minuta. duratio crepu- sculi matutini. Itē memoratū Nadair scilicet. 24. gradū Virginis iūgo. 18. Almīcātha- rat in oriente. & Almuri p gradū Solis trāsiens indicat mihi finē crepusculi vespertini post horā. 7. minutis quasi. 40. Tēpus ab occasu Solis (qui per vndecimā sup̄ est post quintā horā. 49. minutis) in finē huius crepusculi supputatum est. 1. hora. 51. minuta mensurās quantitatē crepusculi vespertini. ¶ Hic lector notabis: qd tēpus initij crepu- sculi matutini (quod semp a media nocte computat) a tpe ortus Solis subtractū dura- tionē crepusculi matutini pandit. Sc̄d'o qd tēpus duratiōis crepusculi matutini equa- le est tpe duratiōis crepusculi vespertini ergo uno habet & reliquū. Nisi qd pau- xille diuersitatis variatio motus Solis ingerat. Tertio qd quantū distat principiū crepu- sculi matutini a meridie t̄m distat vespertinū post meridiē ab ipso meridie. ¶ EXEM- PLVM secunde vie per supra expositū facile liquere potest; ac cetera omnia sunt faci- lis computationis: quare &c.



Propositio Quartadecimā Scđe ptis.

Horas equales ab ortu Solis interdiū et ab occasu eiusdē noctu breuiter cōputare. ¶ Si quo uis die artificiali scire optaueris quo horē equales ab ortu Solis usq; ad horā tuā cōsideratiōis transferūt. Pone gradū in quo est Sol/die oblato/sup equalē altitudinē inter Almicantharat ex parte orientis vel occidētis qualē inuenisti in dorso astrolabij: & signa locū Almuri in gradibus limbi. Deinde volueretru gradū Solis ad horizontē exortiuū & iterū nota locū Almuri in gradibus limbi. Postea a prima nota in scđam. fīm motū Almuri/numera tēpus in limbo: & colliges horas & minutias ab exortu Solis trāfactas. Haud dissimiliter ope- rare pro horis noctis æqualib⁹ ab occiduo Solis transfactis dignoscēdis. Capiēdo ho- ram æqualem per decimā huius. signādo locū Almuri. Reducendoq; gradū Solis ad horizontē occidentalē & iterū signādo locū Almuri in margine. Numerato em tem-

pore his notis in limbo intercepto; habebis horas & minuta ab occasu Solis; ¶ In exemplo facile intelliges; sit ut antea ponebas Sol, 5, die Marcij in, 24, gradu Piscium. Observuo altitudinem Solis post meridiem & inuenio gratia exempli, 26, gradus; Quibus in Almicantharatu numeratis iungo, 24, gradum Piscium; & ostendit mihi Almuri in limbo tertiam horam post meridianam. Facio ibidem notam, & regiro gradum Solis ad horizontem orientalem & iterum in primo nota in limbo ad presentiam ipsius Almuri; quod tangit limbum post sextam, 11, quasi minuta. Supputo igitur tempus a prima nota in secundam & reperio, 8, horas & 49, minuta, transferunt igitur ab ortu Solari, 8, horae & 49, minuta ipsius diei artificialis. Non aliter exemplificabis de nocte per horam equaliter officio stelle inuentam & per occasum Solis. ¶ Harum rerum certior & facilior est inuentio; praembulis nonnullis adhibitis. ¶ Per sextam namque & decimam propositiones antecedentes facile infertur nos initium supputatiois horarum aequalium aut a media nocte aut a meridie fecisse. Inducti forsan consuetudine natalis Soli vbi horaria etiam fabrili arte confecta (dicta horaria media sum cursum duodecim horarum) signant horas principium numerationis aut a medio noctis aut a meridie sumendo. Preterea tempus ortus Solis per, 11, repertum; a media nocte (ut fit) computatum tempus seminocturnum dicitur; quia duplicatus vniuersaliter tempus quantitatis noctis indicat. Tempus vero occasus solis per eandem elicitum a meridie numeratum tempus semidiurnum notatur quia duplatum ut praediximus longitudinem diei artificialis constituit. ¶ Ceterum plura oppida etiam Germanie principue Nürnbergi horas diurnas ab ortu Solis & nocturnas ab occasu supputant. ¶ His expositis horas diurnas; ab exortu Solis principium numerationis statuendo/hoc modo cognosces/ per sextam huius addisce horam Solarum q[uod] apud sueuos ut in principio praembulo docuimus a media nocte vel a meridie computatur. Per, 11, autem elicias tempus ortus Solis; quod per secundum praembulum iuste tempus seminocturnum appellatur. Subtrahe igitur tempus seminocturnum ab horis Solis diurnis a medio noctis numeratis/a meridie vero incipientem subtrahe idem tempus seminocturnum duodeci superadditis horis; & habes tempus ab ortu Solis in horis & minutis transactum sum signaturum horologij Nürnbergensis ut in tertio praembulo notauimus. ¶ Nocturnas autem horas ab occasu Solis numeratas sic absolves. Per decimam huius obserua horam noctis quae aut a meridie aut a media nocte calculatur per undecimam discit tempus semidiurnum quod occasus Solis pandit. Dempto igitur tempore semidiurno ab horis nocturnis a meridie supputatis; aut a medio noctis incipientem cum additamento duodecim horarum prodibit tempus nocturnum in horis & minutis ab occasu Solis computatum sum inductionem horologij Nürnbergensis & hoc pacto horas noctis facile traduces in horas Nürnbergensium. Repetatur verbi gratia quatuor dies Martij cuius ortus Solis fuit, 6, hora minuto, 11, dictus tempus seminocturnum. Occasus horae 5, minuto, 49, notatus tempus semidiurnum, perponitur per sextam huius hora, 11, diurna a media nocte numerata. Subtraho tempus semidiurnum ab, 11, horis; & remanent, 4, hora 49, minuta/tempus ab ortu Solis transactum. Indicat igitur horarium Nürnbergense quartam horam diei artificialis esse completa, & de qua hora, 49, minuta fluxisse. ¶ Pro nocturna hora hoc sume exemplum si hora secunda post noctis medium nobis cognita addo, 12, & colligo, 14, horas a quibus surripio tempus semidiurnum super repertum & residuo, 8, horas, 11, minuta, tempus nocturnum ab occasu Solis lapsum; quod etiam horologij Nürnbergensis sum signat. ¶ Conuerso autem modo cognitis horis diurnis ab ortu; aut nocturnis ab occasu Solis supputatis si eas in horas noctis reducere cupis; horis ab ortu numeratis; adde tempus seminocturnum; ab occasu semidiurnum; & facta additio si numerus horarum

G

Secunda pars

duodenarium exesserit reijce, 12, & residuum horas tibi cognitas ostendet; diurnas post meridiē nocturnas post mediū noctis numerandas. Si autē facta additiōe hore duodenarium nō exesserint diurnas a medio noctis. Nocturnas a meridie cōputabis. Exempla sunt facillime computationis quare transeo.

Propositio Quintadecima Secunde partis.

Horas a media nocte aut meridie exordientes reducere in horas ab ortu Solis incipiētes & expansim in, 24, se ferminātes. ¶ Plerisq; mos est ab ortu Solis horas ab una fine numeri interruptione in, 24, cōputare. Mechanica etiam horologia huiuscmodi horas indicantia (qualia sunt in Boemia) horologia integra aut decursu, 24, horarū appellant. Si igitur ad ortū Solis horas redigere & quota sit hora æqualis ēm cursum horarij de, 24, horis scire volueris. Detrahē tempus seminocturnū ab horis a media nocte incipiētibus cū supplemēto, 24, horarū si alioquin detractio fieri nō possit; a meridie vero exordientibus demētēpus seminocturnū, 12, sup additis horis. Sic ēm reliquēs numerus horarum ab ortu Solis numerandaꝝ. ¶ In exemplis resumantē tēpus seminocturnū pro Quinta die Martij. scilicet, 6, hore, 11, minuta. & semidiurnū scilicet, 5, hore, 49, minuta, obijcitur mihi hora quarta cognita a media nocte oblata diei numerata. Iubeor inuenire horā ab ortu Solis cōputatā; sed quia tēpus seminocturnū scilicet, 6, horas &, 11, minuta, a, 4, horis detrahēre nō possum. Ideo addo eis, 24, & colligo horas, 28. Detracto igit̄ tpe seminocturno habeo in residuo, 21, horas, 8, 49, minuta, tēpus ab ortu Solis diei p̄teriti in oblatū vsc̄ diē numerandū. ¶ Præterea offerit mihi hora q̄nta p̄positi diei a meridie cōputata; & p̄cipior elicere horā ab ortu; adiungo, 5, horis, 12, & habeo, 17, horas a quibꝫ reijcio tēpus seminocturnū; & remanēt, 10, hore, 49, minuta tēpus ab exortu Solis supputatū. ¶ Cōuersa huius p̄positionis hec est; horis ab ortu Solis oblatis addetēpus seminocturnū; quā si vltra, 24, horas creuerit; depone, 24, & residuum indicabit tibi horas a medio noctis numerādas. Si autē dūtaxat, 24 horas facta additiōe collegeris; etiā si adheserint minuta; remoue, 12, & habebis horā, 12, me die noctis cōpletā. Si v̄o post additionē tpe seminocturni; collecte hore, 12, excesſerint; deme, 12, & reliquū horas post meridiē pandet. Si pr̄cīse, 12, collegeris horas; minuta nō euso si nō cōstituit horā; hahebis horā duodecimā meridianā. Si tandem post factā additionē seminocturni tpe horas, 12, minores congesseris has a medio noctis supputabis. Propter facilitatē non reor opus esse exemplis.

Propositio Sextadecima Secunde partis.

Horas a media nocte aut meridie exorsas traducere in horas ab occiduo Solis initiū cōputatiōis sumētes & in, 24, se ferminētes. Plures ab occasu solis initiū supputatiōis horarū æqualiū sumūt & vsc̄ in, 24, numerationē termināt; qđ facile horaria solaria & fabrilia ex metallo rotis dentatis cōposita indicāt. ¶ Ad occasum igitur hoc modo rediges horas. Subtrahē tempus semidiurnū ex numero horarū a meridie incipientiū superadditis, 24, ho-

ris si alias subtractio fieri nequeat. Si vero a media nocte fuerit computatae deme tempus semidurnū, 12. horis super adiunctis. Sic enim reliquetur numerus horarū a principio noctis computandarum. EXEMPLA brevia, 5. Martij, semidiurnum tempus est, 5. hore, 49. minuta, offertur in hora, 4. post meridianā conuertenda in tempus a Solis occiduo inchoatum: sed quia semidiurnum subtrahere a, 4. nequeo, addo, 24. horas; & colligo, 28, a quibus subtraho tempus semidiurnum; & residuo, 23, horas, 11, minuta, tempus ab occasu Solis diei p̄terite numerandum: respondens horae quarte propositæ. Item obijicitur mihi hora cognita scilicet, 7. post medium noctis traducenda ad occasum super addo, 12. & habeo, 19, a quibus demo semidiurnum & remanet, 14. horæ, 11. minuta tempus a principio noctis numerandū: ecce reductionē. ¶ Possem huic propositioni adiungere conuersam: quā tamē propter facilitatē missam facio.

EXEM
PLVM

Propositio Decimaseptima Scđe partis.

Horas astronomorum breui calculo in nostras & contra redigere. ¶ Consequens reor demonstrare horarum computationem qua astronomi in supputādis deliquijs: cōiunctionibus: oppositionibus: planetarum aspectibus & ceteris huiuscmodi rebus vtuntur. Numerant etenim astronomi horas suas a meridie exordientes & easdem in, 24. ad meridiē sequentis diei finientes. ¶ In horis igitur post meridianis nostris vulgaribus: & astronomorum usq; in medium noctem nulla est numerādi diuersitas quare nulla opus reductiōe. Horas autem nostras a medio nocte nūeratis acde, 12. & habes horas a meridie antecedenti numerādas. Ab horis autem astronomīcīs propositis duodenarium excēdentes: deme, 12. & residuabis horas a media nocte computandas. ¶ In exemplo offertur genitura alicuius nati, Anno christi, 1510. currente, 5. die marci manē hora, 6. addit astronomus, 12. horas, & reducendo in suas dicit hanc geniturā factā quartā die Martij hora, 18. In alio, Anno memorato: futura est oppositio Solis & Lunæ, 23. die Aprilis hora, 15. minuta, 52. sūm astronomos: subtraho, 12. horas. & fiethac oppositio sūm vulgares, 24. die Aprilis: manē post noctis mediū hora, 3. minuta, 52.

EXEM
PLVM

Propositio Decima octaua. Secūde partis.

Dies & noctes: ortus et occasus ipsius anni sibi inuicē æquales cōcludere. Ex quo oīs dies artificialis anni habet alium sibi in longitudine parem. Item nox noctē æquabilē: ortus ortū & occasus occasū: quod ex æquali declinatione graduū Zodiaci haud difficiliter demonstrari potest. Si ergo horū æqualitatē scire desideras. Recipe duos gradus signiferi æquiter ab altero solsticio & distātes quos cū Sol motu suo adierit: dies artificiales & noctes. Item ortus & occasus equabiles preclamabis: relatiua tamē relatiuis cōparando. Huic propositi tale exemplū subiungendū est. Offertur mihi initium primi gradus Geminorū. Cui adiumento astrolabi & p. 12. huius determino quantitatē diei, 15. horas & 12. minutorū. Noctis, 8. horas, 48. minutorū. Per, 11. & oī offendō ortū Solis.

EXEM
PLVM.

Secunda pars.

4.hora, 14.minuto. Occasum, 7.hora, 36.minuto. His habitis iubeor explorare gradus Zodiaci, pposito gradui in quantitate diei & ceteris expositum respondentem atque parrem. Cerno primū gradū Geminorum, ppositū quantū ad eius principiū distare a Solstitio aëstiuo, id est a principio Cancri, 30. gradibus: & ab eodē principiū Leonis pari distante trigenorū graduū ab esse. Cōcludo igit̄ principia primorū graduū signorum Geminorum & Leonis æquales obtinere dies: noctes: ortus & occasus & ex cōsequentiōe dies anniqbus Solis aderit gradib⁹ in iā memoratis æquitatē seruare. Qd' fuit exponēdū,

Propositio Decimanona Secunde partis.

Tempus ortus et occasus stellarū fixarū paucis explorare. ¶ Animaduertēdū erit. & si stellarū ortus & occasus est multifarius, Heliacus scilicet Cosmicus, Chronicus & Astronomicus, de quibus alibi abundius tractatur. Hic aut̄ Cosmicū a chronicō nō distinguem⁹. Quare ortu & occasu largiori quodā modo dicendū erit. ¶ Ortus igit̄ stelle fit cū de inferiori hemispherio ad superiorius ascendet: & is per diē naturalē semel accidet stellæ. Occasus vero cū a superiori hemispherio descendit ad inferius. ¶ Præterea cū in hac nostra ppositione de tempore ortus & occasus alicuius stellæ loquimur, hoc de tēpore quod per Solē accipim⁹. Lector intelligas: quare id ad horas & minuta Solis referendum est: ac ppositio sonaret. Explorare horam aut partem hore Solaris qua stelle firmi orientant & occidunt. Hoc etēm tempus ortus & occasus admodum diuersum est ēm Solis per signa Zodiaci mutationē. ¶ Est & aliis ortus & occasus stelle nō ad Solem relatus sed ad ipsam stellam: sicut cū alias de hora stellæ: nō solis mentionem facimus. Imaginare igit̄ stellā vices gerere Solis, tunc si ēa horizonti orientali iunxeris: & per īpam Almuri duxeris: mox in margine ad sitū Almuri stellæ ortū: & ex sequelatē pūs seminocturnū a media nocte numerandū addiscēs: & si eam occidētali horizonti copulaueris eius occasum & tempus semidiurnū a meridiē computandū dephendes. De hoc ortu & occasu parumper in sequēti & plenius ac vtilius in tabulis directionū tractatur. ¶ Cæterū habitates septentrionē: habent aliquas stellas omnino nūq̄ orientes aut occidentes: quas in quauis hora apparere (nisi lumen Solis obstat) necessitate est: sicut sunt habitatibus septimū clima: omnes stellæ Arctos minoris & principiores Arctos maioris, Draconis, Cephei, Cassiopeiæ, nōnullæ Cigni, Persei, & Aurore. Omnes ēm stellæ araneæ nostri instrumenti que in eius rotatione horizontem nō tangunt neq̄ exoriunt neq̄ occidunt sed sunt perpetue apparitiōis. Alio vero sunt stellæ orientes & occidentes ut sunt stellæ signiferi & aliae plures. Quæcūq̄ ēm stellæ Ara neq̄ sub horizonte deprimūtur eas oriri & occidere rite cōcludimus. ¶ Quibus hæc nostra propositio hoc pacto accōmodabitur. ¶ Iunge proposita stellam in reti positam: pro oblato die: horizonti exortiuo: & ducito Almuri per gradū Solis oblati diei. Ipsum in contactu limbi tēpus ortus ipsius stellæ in horis & minutis palam faciet. Qua ad horizontē occidentalē traiecta, Almuri Solari gradui adherens occasum eius aperiet. An aut̄ huiusmodi ortus & occasus fiat interdiu vel noctu: quia id cognitū facillimū est: præcipue si ea quæ circa ortū & occasum Solis: & horas diurnas & nocturnas inuestigandas iamdudū monuimus recte didicisti quare cōsulto præterim⁹. ¶ Simili ratione stellarū erraticarū: quando loca eorum æquata in longitudine & lati-

Ortus Stelle.

Occasus Stel.

EXEM
PLVM

studine notaueris: tempus ortus atq; occasus deprehendes. ¶ In exemplo quinta die Martij habeat Sol. 24. gradū pisciū. Volo iuenire ortū & occasū stelle Aldebaran quā oculū Tauri nominamus. Pono igitur cacumē stelle super horizontē orientalē & addo Almuri gradui Solis: & dico eam oriri post horā nonā antemeridianā diurnā minutis pene, 12. Eandē etiā applico horizonti occidentali & Almuri p gradū Solis veniens ostendit mihi eius occasū. Post meridiē hora, 11. nocturna minuto fere, 33. Nō aliter operandū est cū alijs stellis firmis & etiā erraticis.

EXEM-
PLVM,

Propositio Vigesima Secūde partis.

Tempus diurnū & nocturnū stellarū fixarum pscrutari. ¶ Tempus diurnū stelle Imp̄resentiarū vocat tempus quo ipsa supra horizontē morat, scilicet tēpus qd̄ stella cōsumit ab eius exortu usq; in occasum: siue Sol sit sub siue supra horizontē. Nocturnū vero dicitur tēpus qd̄ stella sub horizonte mouet & computatur ab eius occasu: in redditū ipsius in horizontem exortiuū: & loquimur de stellis orientibus & labentibus. ¶ Deinde vt in secūdo notando pcedentis propositionis partim docuimus. Tēpus seminocturnū stellae inuenitur per iunctionē ipsius cū horizonte orientali & transitū Almuri per ipam stellam. Tempus em a media nocte ad tactū Almuri in limbo computatū: tēpus seminocturnū indicat. Quod duplatū quantitatē noctis, idest morā stelle sub horizontē expōnit. Semidiurnū vero tēpus reperitur per missionē stellae in horizontē occiduū: & ductionē Almuri per eam. Tēpus em a meridiē ad contactū Almuri in margine nūeratum tēpus semidiurnū manifestat: Quod duplicatū lōgitudinē diei, idest morā ipsius stelle supra horizontē exponit. ¶ His pnotatis ad rem ipsam veniamus. Oblata stellā iungito finitori exortiuo: per quā emitte Almuri & eius tactū in limbo puncto ob signabis. Post eandē reti voluto siste in finitore occidentalē & iuncto Almuri denuo limbū pūcto signabis: a puncto in punctū per meridiē transeundo numera temp⁹ & cōgregabis tēpus stelle diurnū: quod a. 24. horis demptū nocturnū pandit tempus. ¶ Idem aliter experieris, & multo vtilius Elice (fm doctrinā iamiam expositā) tēpus stellae semin nocturnū quod bīs sumptū tempus nocturnū relinquit. Elice pterea temp⁹ pus semidiurnū & id duplatū tempus diurnū stellae indicat. ¶ Partis prime exemplū per, 12. huius facile addiscitur. ¶ Secunde vō hoc sume exemplum. Repetatur stella Aldebaran quā addo horizonti orientali: & Almuri per ipsam ductum: ostēdit mihi tempus seminocturnū, scilicet, 4. hore & .49. minuta quod duplicatū tempus nocturnū ipsius exprimit, scilicet, 9. horas & .38. minutor. Item Aldebaran iungo horizonti occidentali: & per eam Almuri emitto in limbū, quod mihi tempus semidiurnū manifestat, scilicet, 7. horas & .11. minuta, quo duplato tēpus diurnum emergit, 14. horas, & .22. minuta, quod fuit absoluēdū. De erraticis stellis siſe sume iudiciū.

EXEM-
PLVM,

Propositio Vigesima prima. Partis secūde.

Temporale horā diei quā hodie inequa-
lē nūcupam⁹ facile indagare. ¶ De horis ægnocitalibus aut eglib⁹ qd̄ pa-
cto diu noctuq; inueniētē sint & ad quid eorū cognitio cōducat satis tra
G ij

Secunda pars.

De Cognitōe
Horarum in
equalium.

EXEM
PLVM

Ctavimus, Cōsequit̄ ut iam de horis naturalib⁹; tēporalib⁹ aut inæqualibus dicamus. Nolumus hic definire horā tēporalē aut inæqualē; neq; causas nominū exponere. Cū de his rebus in ppositiōe sexta diffuse tractatū sit: quare lectorē ad eandē remittimus. ¶ Horā ergo inæqualē diei breui hac lege cognosces. Per sextā huius horā æqualē & eius partē addisce gradūq; solis ipsius araneæ fac imobiliter durare in hora eqli & eius parti: p tertiā huius accipe Nadair Solis; quo in reti notato; ipm illico in lineis horarū inæqualiū: horā tpalem diei indicabit; hāc noīabis antemeridianā: primā, secundā, terciā, quartā, aut quintā. Si horā eqli diurnā ante meridiē obseruasti; aut sextā, si Sol in meridie inuētus duodecimā eqli signauerit. Septimā x̄o dices aut octauā, nonā decimā vndeclimā vel duodecimā, si æqualē diurnā post meridiē obseruasti. Q; si Nadair Solis i lineā horariam p̄cise ceciderit; completā horā fm nūeri ascriptionē dicitō & seqn̄ tem exordiri. Si vero Nadair sup intercapēdinem duar̄ lineaꝝ ceciderit; linea p̄cedēs horā cōpletā & pfectā pandit; sequēs aut̄ fluentē & imperfectā. ¶ Hui⁹ ppositiōis tale subiungi exemplū. Sit sol pposito die puta, 31. Marcij in 20. gradu. Arietis. Iubeor hora nona æquali antemeridiana p sextā suppūtata; explorare horā inæqualē, pono gradū Solis in reti inuentū; adiūmēto ipsius Almuri in directū, pposite horæ nonē, & signo Nadair Solis scilicet, 20 gradū libre. Quod cadit in spatio duar̄ lineaꝝ inæqualium horar̄ scilicet inter tertiā & quartā. Dico igitur tertiā horā tpalem (que in hoc exemplo antemeridiana diurna est) transisse; & quartā fluere atq; labi.

Propositio Vigesima secunda. Secunde ptis.

EXEM
PLVM,

dinū. Latitudo media est fere, 51, graduū. Gradus differētie longitudinū p̄ quintam tabellam cōuersi in gradus equinoctialis, faciunt penæ, 2, gradus. Qui in se multiplicati constituūt, 4. Itē gradus differētie latitudinū multiplicati q̄drate faciunt, 81. Producta per multiplicationē sunt, 85. Radix quadrata est, 9, gradus, & $\frac{1}{4}$, quę p̄ miliaria cōmunia multiplicata dat, 139, miliaria. Ecce distantia oppidorum, p̄positorum. ¶ Hacten exemplificando integros gradus attulim⁹ facilitate operatiōis persuasi. Nūc vnicō exemplo fractionū p̄ponemus. Finē nostre, p̄positiōi statuētes. Neapol (vt Ptolemeus afferit) Italie oppidū in longitudine acceptat, 40, gradus; in latitudine aut, 41. Colonia vero agrippina; germanie oppidū obtinet in longitudine, 28, gradus, 40 minuta, & in latitudine, 51, gradus, 30 minuta. Subtraho longitudinē minorē a maiori & residuo, 11, gradus, 20, minuta. Differentiā longitudinū. Sift demo latitudinē minorē a maiori & habeo, 10, gradus, 30, minuta differentiā longitudinū. Latitudo media est, 46, pene graduū. Quā in latere quarte tabellae offendō p̄ eā igit̄ tabellā cōuerto differentiā longitudinis. In gradus & fractiones æquatoris & colligo, 7, gradus, 30, minuta æquatoris. Et exquo in differentia longitudinū reducta & etiā in differentia latitudinū habeo fractio nes scilicet semigradus. Resoluo gradus integros ambarum differentiarum in cōsimilē de nominationē, id est in semigradus, & procreo ex differentia longitudinū conuerta, 15, semigradus, & ex differentia latitudinū, 21. Multiplico igit̄, 15, in se & produco, 225. Si militer, 21, duco in se & produco, 441. Iungo producta & habeo, 666. Huius numeri radix quadrata est fere, 26, semigradus, qui ad integra reducta faciunt, 13, grad⁹. Quos tandem multiplico per, 15, miliaria; cōmunia & produco, 195, mil, distantiarum oppido rum in exemplo propositorum.

Tabelle Conuersionū Graduum Longitudinū: in Gradus Equinoctialis.

Domina. Tertia. Quita. Septtember. Mona. Vnde.

| Latitudinis
Longitudinis |
|-----------------------------|-----------------------------|-----------------------------|-----------------------------|-----------------------------|-----------------------------|-----------------------------|-----------------------------|-----------------------------|-----------------------------|
| 6 6 6 Φ | 6 6 6 Φ | 6 6 6 Φ | 6 6 6 Φ | 6 6 6 Φ | 6 6 6 Φ | 6 6 6 Φ | 6 6 6 Φ | 6 6 6 Φ | 6 6 6 Φ |
| 19 1 0 55 | 37 1 0 45 | 49 1 0 35 | 57 1 0 25 | 65 1 0 15 | 73 1 0 5 | | | | |
| 20 2 1 50 | 38 2 1 30 | 50 2 1 10 | 58 2 0 50 | 66 2 0 30 | 74 2 0 10 | | | | |
| 21 3 2 45 | 39 3 2 15 | 51 3 1 45 | 59 3 1 15 | 67 3 0 45 | 75 3 0 15 | | | | |

Huius Tabelle Continuatio sequitur.

Secunda pars
 Complementū Tabelle Lōuersionis graduū
 Longitudinū in gradus Equinoctialis.

22	4	3	40	40	4	3	0	52	4	2	20	60	4	1	40	68	4	1	0	76	4	0	20
23	5	4	35	41	5	3	45	52	5	2	55	60	5	2	5	68	5	1	15	76	5	0	25
24	6	5	30	42	6	4	30	62	6	3	30	60	6	2	30	68	6	1	30	76	6	0	30
25	7	6	25	7	5	15	7	4	5	7	2	55	7	1	45	76	7	0	35	8	0	40	
26	8	7	20	8	6	0	8	4	40	8	3	20	8	2	0	88	8	0	40	9	0	45	
27	9	8	15	9	6	45	9	5	15	9	3	45	9	2	15	98	9	0	45	10	0	50	
28	10	9	10	10	7	30	10	5	50	10	4	10	10	2	30	108	10	0	50	11	0	55	
29	20	18	20	20	15	0	20	11	40	20	8	20	20	5	0	208	20	1	40	21	0	45	
30	27	30	30	30	22	30	30	17	30	30	12	30	30	7	30	308	30	2	30	31	0	35	
40	36	40	40	40	30	0	40	23	20	40	16	40	40	10	0	408	40	3	20	41	0	25	
50	45	50	50	50	37	30	50	29	10	50	20	50	50	12	30	508	50	4	10	51	0	05	

Scđa. Quarta. Sexta. Octaua. Decia. Duode.

Latitude dñis	Longitudo dñis	Equi noctis alis.	Latitude dñis	Longitudo dñis	Equi noctis alis.	Latitude dñis	Longitudo dñis	Equi noctis alis.	Latitude dñis	Longitudo dñis	Equi noctis alis.	Latitude dñis	Longitudo dñis	Equi noctis alis.	Latitude dñis	Longitudo dñis	Equi noctis alis.	Latitude dñis	Longitudo dñis	Equi noctis alis.			
6	6	6Φ																					
30	1	0	50	43	1	0	40	53	1	0	30	61	1	0	20	69	1	0	10	77	1	0	2
31	2	1	40	44	2	1	20	54	2	1	0	62	2	0	40	70	2	0	20	78	2	0	5
32	3	2	30	45	3	2	0	55	3	1	30	63	3	1	0	71	3	0	30	79	3	0	7
33	4	3	20	46	4	2	40	56	4	2	0	64	4	1	20	72	4	0	40	80	4	0	10
34	5	4	10	47	5	3	20		5	2	30	5	1	40	5	0	50	5	0	12			
35	6	5	0	48	6	4	0		6	3	0	6	2	0	6	1	0	6	0	15			
36	7	5	50		7	4	40		7	3	30	7	2	20	7	1	10	7	0	17			
37	8	6	40		8	5	20		8	4	0	8	2	40	8	1	20	8	0	20			
38	9	7	30		9	6	0		9	4	30	9	3	0	9	1	30	9	0	22			
39	10	8	20		10	6	40		10	5	0	10	3	20	10	1	40	10	0	25			
40	20	16	40		20	13	20		20	10	0	20	6	40	20	3	20	20	0	50			
41	30	25	0		30	20	0		30	15	0	30	10	0	30	5	0	30	1	15			
42	40	33	20		40	26	40		40	20	0	40	13	20	40	6	40	40	1	40			
43	50	41	40		50	33	20		50	25	0	50	16	40	50	8	20	50	2	5			

I·M·S·

Propositio Tricesima tertia. Secunde partis.

Medio aberrates pelago aut in solitudini-
bus degentes in q̄ sim⁹ climate iuenire. ¶ Interdiu capimus Solis altitudi-
nē meridianā km̄ modū p̄m̄ p̄positiōis septie hui⁹ secūde partis, s. expo-
sitū, & p̄ 30. hui⁹ eleuationē Arietis aut Libre. Hoc est ēqtoris & demū latitudinē loci
nobis incogniti in q̄ degimus addiscemus. Eandē latitudinē quia polari eleuatiōi sem
per equalis est; in tabella climatū sup̄, p̄positiōi nonē prime p̄tis annexa sub titulo, Ele-
uatio poli inuestigabimus. Quā si p̄cise iuenerimus mox leuorsū clima qd̄ incolim⁹
offendemus vna cū exp̄ssione p̄cipij medij aut finis eiusdē. ¶ Q₂ si nūerus Latitudi-
nis i tabella nō p̄cise apparuerit cōsiderabim⁹ duos nūeros iuxta eū viciniores. Nā pe-
nes sitū eius ad illos cōiectabimus clima terrestre⁹ tractū quē habitamus; & an inter
principium eius & mediū aut mediū & finē degamus facile concludemus. ¶ Q₂ si la-
titudinis nūerus minor. 12. gradibus &. 45. minutis reptus fuerit inferemus subtortis
da zona p̄e equatorē & in nullo nos climate habitare. ¶ Q₂ si numerus latitudinis
50. gradus &. 30. minuta excesserit versus aquilonē post terminū septimi climatis in-
dubitato degimus. ¶ Exemplū breue p̄ organū astrolabīcū inuenio eleuationē Ari-
etis loci incogniti. 65. graduū. &. 45. minutoꝝ. & exconsequutione eius latitudinē aut
polarem eleuationem. 24. graduū. 15. minutoꝝ. Quā in tabella climatū p̄cise reperio.
Quare recte concludo me esse in medio secūdi climatis. Reliquas aut̄ varietates opera-
tionum: quia faciles sunt ingenio lectoris relinquendas censuimus: ne dicacitī potius
q̄ vtilitate studiisse videamur. ¶ Nocturno ꝙo tpe. Idem p̄ aliquā stellam fixam: in
aranea astrolabij positam: exorientem & occidentem: hoc pacto absoluemus. Officio
astrolabij cognitae stellæ supra horizontem apparentis meridianam sublimitatem ob-
seruamus. qua habita per p̄positionem trigesimā huius eleuationē Arietis aut Li-
bre elicim⁹ & demū latitudinē obseruati loci: cū qua adiumento tabelle climatū opabi-
mur quēadmodū īā p̄cepim⁹ & habebim⁹ cupitū. ¶ Verbi grā: stelle sinistre manus
virginis quæ dicitur Arista aut Spica: altitudinem meridianam diligentē obseruatiōe
inuenio. 46. graduū. per quā elicio per trigesimā huius eleuationē Arietis aut ēqtoris
esse. 54. graduū. 16. minutoꝝ. Elicio p̄terea latitudinē loci obseruati incogniti. 35. gra-
duū. 44. minutoꝝ. Quā in tabella climatū aut̄ reperta/capio illic minorē. 33. graduū.
&. 40. minutoꝝ: & maiore. 36. graduū. &. 24. minutoꝝ. quib⁹ latitudo obseruati loci
intercipit. Infero igitur locū incognitū hoc pacto obseruatū contineri inter principi-
um & medium quarti climatis quod fuit optatum.

EXEM,
PLVM.EXEM,
PLVM.

Propositio Trigesimaquarta. Secunde partis

Distātiā sol⁹ a zenith: verticali pūcto p̄posi-
te habitatōis facile iuvestigare. ¶ Scita (p̄ septimā h⁹) sublimitate sol⁹ meridia-
na; ad certū diē tibi oblatū; p̄positę habitatōis: eādē demeab arcu. 90. graduū
& arcus residu⁹ pādet tibi distātiā zenith aut verticalis puncti oblate habitationis a
cētro corpis solaris. Q₂ si cuilibet gradui distātię. 60. miliaria itala; siue. 15. alemanica

Secunda pars

EXEM,
PLVM,

cōmunia aut, 12, Sueuica assignaueris colliges mensurā terrestris itineris ab initio p̄ posite habitatiōis meridiē versus proficiscendo directo itinere; quousq; Sol meridiano tēpore sup̄ verticē capitū proficisciētis stabit. ¶ In exemplo: reperiāt, Sol, in, 16, gradū Geminorū. Cuius altitudo meridiana est, 64, graduū. Quos subtrahō 2,90, gradibus: & remanebūt, 16, gradū distāte capitū oppidi Tūbingū, a cētro phebei corpī. Eo die anni quo Sol, 16, gradū geminoꝝ possidebit, Deinceps m̄ltiplico, 26, gradus distātie p. 15, miliaria alemanica cōia & pueniūt, 360, miliaria. Ecce mēsura terrestris itineris.

Propositio Trigesimaquinta. Secūde partis.

Ad quod clima: regiōes aut oppidū mater aut tabula astrolabij sit fabricata aut descripta p̄scrutari. ¶ Si dubitaueris ad quā latitudinē aut polarē eleuationē Climatis. Regiōis aut oppidi: mater: aut aliqua tabula (quā moderni tympanū vocant) in astrolabio posita; sit confecta. Supputa in linea meridiana gradus & minutias sī q̄ fuerint. In almicantharat; ab æqui noctiali circulo vsc̄ ad zenith capitū: & nūerus Almīcātharat latitudinē ostendet: q̄ sc̄ita facile in Climatis; regionis aut oppidi cognitionē deduceris. ¶ Vel & est idē numerā in linea medię noctis, a centro astrolabij vsc̄ ad primū Almīcātharat, id est horizontē versus septentrionē; & habebis iterū sup̄ quā altitudinē mater: aut tabula astrolabij sit composita. ¶ Altitudo vero capitū Arietis aut libre est tot graduū quot fuerint ab horizonte vsc̄ ad equatorē vel a zenith vsc̄ ad centrū astrolabij. ¶ Nullo hic exemplo propter facilitatem p̄positionis opus esse reor.

Propositio Trigesimasexta. Secunde partis.

Gradū eclyptice cum quo stella in reti de scripta orī vel occidit īgrere. ¶ Logmūr īp̄sentiarū de stellis orientibꝝ & occidētibꝝ. Stelle igit̄ oblatę apiculū exortiuo horizōti adiūge; & mox in linea eclyptica apparebit gradus cū q̄ stella exorit. Qui cui? & q̄tus sit signi p̄ noīs & nūeri ascriptiōes facile addisces. Prēterea reti girato Stellæ caput horizōti occiduo applica; & iterū ī eclyptica videbis gradū cū quo stella labit & occidit; noīe signi & q̄to gradus adiectis. ¶ Hui⁹ rei grā sit mihi oblata stella Tauri Aldebaran. Iubeor īue stigare cū q̄ gradu eclyptice vel orī vel occidat; pono cacumē ei⁹ sup̄ arcū horizonis orientalē & dico ipsam orī cū, 11, gradu Geminorū. Deinde reti circūducto eius cacumen iungo arcui horizōti occidētali & dico ipsam occidere fere cum, 28, gradu Tauri. Simile iudicium de stellis reliquis.

EXEM,
PLVM,

Propositio Trigesimaseptima. Secūde ptis.

Cadū eclyptice cum quo stella queuīs ī aranea posita cōlū media p̄scrutari. ¶ Si scire cupis cū quo gradu eclyptice stella aliqua meridianę lineę fese iunget; pone ipsius cacumen sup̄ lineā

meridianā; & gradus zodiaci qui super eandē lineā ceciderit est gradus cum quo stella celū mediat. Qui cui⁹ sit signi & quotus in ordine graduum adiecte scripture dicto citius indicabūt. ¶ In exemplo repetat stella Tauri Aldebaran qua vñi sumus in ppo sitiōe antecedente apto cacumē eius lineae meridianę & dico eā cū, 3, gradu Gemiorę mediare cœlū quia cū eodē ad lineā meridianā peruenit. ¶ Aliud: stella Urse maioris in principio caude eiusdē existēs. Dicta Alioth; applicata lineae meridiane; mediat cœlum fere cū, 7, gradu libræ. ¶ Nō aliter cū alijs stellis operaberis,

EXEMPLVM.

Propositio Trigesimaoctaua. Scđe ptis.

Quoniam vulgariū astronomorū propo
sitiōes fragiles & pene iutiles in vñi astrolabiū introductas: negligere. ¶ Et si oībus ferme bonis artib⁹ nōnulle depravatiōes & cōtagia imiscent; vt somniū cuiusdā & anilis fabulae speciē apud plures etiā doctissimos cōtrahāt. Illa tñ in mathematica oīno pudenda sunt & intolerabilia q̄ cōfessu oīm ppetuā p̄se fert certitu dinē. Cū aut nōnullo& nouicio& astronomor& cōmētaria cōspicio. Effutiūt ipsi (bona venia impetrata) canones (vt aiūt) aut ppositiōes plures quibus p cecitatē stolidā præcones pprie ineptiæ; vsum nr̄i instrumēti potius obtenebrāt & occultat q̄ eluci-
dant. Ut igit̄ hoīes nostræ etatis cautiores siant; & ne telis ledanī improuisis libuit eas breuib⁹ recēsere: ppositio ḡ pria explodēda & negligēda ē hēc. ¶ Per astrolabiū scire signū & gradū Lunæ. ¶ Secūda per idem Inuestigare loca vera Saturni; Iouis Martis Veneris & mercurij in ipso signifero. ¶ Tertia Cognoscere Latitudines Lune & omniū planetar& dempto Sole qui latitudine caret. ¶ Quarta. Inquirere an planeta sit di-
rectus aut anomalus siue retrogradus. ¶ Quinta. Perscrutari in quo gradu signi sit q̄ libet stella fixa in reti descripta. ¶ Sexta. Scire Latitudines stellar& fixar&. ¶ Septima. Determinare signū & gradū cuiuslibet stellar& fixe in aranea nō positæ. Has ppositiōes & similes fuge optime lector vt scyllam & charibdim. Quare fragilitatē & imbecillita tem ostendere imp̄sentiar& silentio p̄tereundū censeo. Ne paulo licentius euagari vi-
dear. Cū & potissimū quotidianū exercitamentū earundē falsitates tibi indicabit. Tas-
ceo q̄ a mente oīm antiquor& astronomor& sunt prorsus alienæ.

Propositio Trigesimanona. Scđe ptis.

Enīth ortus & occasus Solis & stellarū fi-
xarū vtiliter iuestigare, p intellectu huius & sequētis ppositiōis aduerten-
dum est. Q̄ horizon seu primū almicantharat distribuit in quattuor quar-
tas. Quare prima inchoata pūcto vbi equator intersecat primū almicantharat aut ho-
rizontē exortiuū. In quo quidā pūcto, Sol principiū Arietis aut Libre possidens toti
vniuerso æqualiter oritur & finit in linea meridiana sub armilla aut suspēsorio: & vo-
catur quarta meridionalis orientalis. Secūda incipit a linea meridiana & terminatur ī
puncto vbi equator intersecat primū almicantharat; aut horizontē occiduū. In q̄ Sol
initiū Arietis aut Libre tenēs cunctis occidit mortalib⁹: & appellat. Quarta meridio-
nal is occidētal is. Tertia initia ab eodē pūcto vbi terminat secūda; & finit se in linea m

Secunda pars

medie noctis intersecantem primum almicantharat siue horizontem & nominat Quartam septentrionalis occidentalis. Quarta incipit a fine tertie quarte & terminat in principio prime quarte & dicitur quarta septentrionalis orientalis. Et quilibet quarta a principio usque in finem eius continet, 90, gradus. Quos azimuth nobis indicant; Et ideo si habueris in qualibet quarta nonaginta azimuth: quodlibeth Azimuth valet unum gradum. Si, 45, tenet valet, 2, gradus. Si, 30, quodlibet valet, 3, gradus. Si quindecim quodlibet valet, 6, gradus. Si nouem (ut in nostro astrolabio) quodlibet valet, 10, gradus & sic consequenter. ¶ Præterea contuendum q; zenith ortus Solis aut ut generalius loquar, zenith Solis non accipitur hic pro puncto verticali scilicet pro puncto capitis eorum quibus Sol meridiano tempore fum rectam lineam insidet. Sed accipitur hic zenith ortus Solis pro puncto distantiae aut elongationis ortus Solis ab oriente vero quem Sol in principio Arietis aut Libre designat. Sic per zenith occasus Solis intelligitur punctum distantie occasus Solis ab occidente eiusdem vero quem Sol in exordio Arietis aut Libre aperit. Quarere recte dicimus Solem per borealia aut septentrionalia signa decurrentem zenith ortus & occasus boreale aut septentrionale habere. Et eundem per austrina aut meridiana signa gradientem zenith ortus & occasus australe aut meridianum sibi vendicare. ¶ De zenith ortus & occasus stellæ fixarum haud secus atque de Sole argumentandum est. ¶ Deinde (ut generalem quandam adducamus doctrinam) Zenith Solis aut stelle fixe in hac materia est distantia ipsius ab initio alicuius quartae famiam memorare; hoc est aut ab initio linea veri orientis aut occidentis; meridiei aut medie noctis. ¶ His prenotatis. Cum scire optaueris; zenith ortus aut occasus Solis aut alicuius stellæ fixe; siste gradum Solis aut cacumen stelle super horizontem exortuum; & ad situm gradus Solis aut cacuminis stellæ horizontem nota affice; postea adiumento ipsorum azimuth supputa gradus horizontis orienti vero id est æquinoctio; & notæ signatae interiectos; & numerus graduum qui in nota se terminat pendet tibi zenith ortus Solis aut stelle; scilicet distantiam ortus ipsius ab ortu Arietis aut Libre. Et dicitur zenith huiusmodi ortus meridionale si fuerit in quarta prima invenitum; aut septentrionale si in quarta quarta repertum fuerit. Et super simile numerum graduum azimuth erit Zenith occasus; & etiam in simili quarta puta septentrionali aut meridiana. ¶ In exemplis Lucidius capies. Sit Sol in, 25, gradu Geminorum, volo zenith ortus ipsius explorare, pono, 25, gradum Geminorum super horizontem orientalem; & cadit in spatium horizontis inter trigesimum & quadragesimum azimuth contentum. Facio igitur ad gradum Solis notam in spatio horizontis; & postea illud spatium partitora trigesimo azimuth in quadragesimum, in, 10, & video zenith ortus Solis esse septentrionale & distare ab oriente vero vel equinoctio, 37, pene gradibus; & consimiliter zenith occasus septentrionale dico ab occidente vero ab esse, 37, gradibus. ¶ Aliud offerunt mihi Azimech, Spica virginis: cacumen eius iungo horizonti exortuo & concludo zenith ortus ipsius meridionale, 13, fere graduum, & zenith occasus eius similiter meridionale, 13, graduum. Huius propositionis utilitas hec est: q; per eam scimus in quo loco horizontis Sol vel stella fixa oritur aut occidit. Administrat etiam cognitionem stellarum nobis nondum cognitarum; prout sequentibus propositionibus abunde accipies.

Propositio Quadragesima. Scđe ptis.

EXEMPLVM.



Enith Solis & stellarū fixarū indagare.

¶ zenith Solis hoc est distantia centri ipsius ab initio alicuius quartesic inuenies. Ad horā ppositā officio astrolabij obserua altitudinē Solis. Deinde gradum Solis in reti pone sup numerū cōsimile in ipsis Almicantharat obseruate altitudinis. In ea pte qua fuerit Sol, quēadmodū p hora inuentio facere cōsueuisti; & azimuth sup qd' ceciderit grad⁹ solaris oñdit tibi zenith Sol, id est ei⁹ distantia ab initio alic⁹ q̄rte si saltē distiterit. Et necesse q̄ h̄mōi zenith aut sit in q̄rta meridiana oriētali aut meridiana occidētali aut septētrionali oriētali aut septētrionali occidētali. ¶ Haud diffīl agē dū ē cū stellis fixis in reti locatis Qz si centrū Sol aut stellæ apicul⁹ i in fuallo duorū azimuth ceciderit; age pro gradu distātie sciendo aut p estimationē vt plerūq; facim⁹; aut per diuisionē interualli in. 10, gradus p vt in ppositiōe antecedēti satis didicisti. ¶ Resumatur ḡra exempli. Sol in ppositione p xima supra in. 25, gradu Geminorū repert⁹ & supponat q̄ sit hora nona æqualis ante meridianā. Capio eadem hora Solis sublimitatē supra horizontē quā inuenio pene. 47, gradū. Apto igit̄. 25, gradū Geminorū sup. 47, almicantharat & elicio zenith Solis esse meridionale orientale; distās ab oriente vero. 20, fere gradib⁹. ¶ Itē repeta spica Virginis: & fit Sol iterū in. 25, gradu Geminorū & ponat q̄ sit hora. 10, noctis æqualis, p obseruationē video Spicā eadē hora eleuari. 23, quasi gradibus: ac cōtineri in q̄rta meridionali occidētali & eius zenith abire a linea meridiana iā dictā q̄rtā initiante p pmodum, 44, gradibus, ecce.

EXEMPLVM.

Propositio XL I. Secūde partis



Quattuor mūdi plagas utiliter iuestigare

¶ Messahalla haꝝ rerū duos modos opandi exposuit. Verū quia primi ex equitutio ad modū difficiſt; ex eo q̄ i locatōe astrolabij sup planū horizon ti æquidistās ad modicā ei⁹ motionē aut rotationē circularē: linee q̄ttuor plagarū indicatiue facile a veris mūdi plagis recedūt: q̄ circa eundē modū imp̄sentiarū missum faciemus. ¶ Secundū autē quē idē in calce capituli parūper tetigit Lucidius h̄ paſto pse quemur. Recipe altitudinē Solis ad horā optatā qua quattuor mūdi plagas h̄ est Orientē & Occidentē Equinoctios Meridiē & Septentrionē: scire desyderas. & pone gradū Solis sup inuentā altitudinē inter almicantharat. In ea parte q̄ fuerit Sol. Et animaduerte in qua q̄rta de supra expositis q̄rtis sit Sol & p q̄t gradus de gradibus Azimuth: distet a principio alicuius q̄rte. Numerū igit̄ gradū azimuth suppata in dorso astro labij in cōsimili q̄rta & vbi nūerus terminat̄ ibi pone regulā qua iuariabiliter manēte apta astrolabiū ſm ſupficiē planā: æquidistāter horizonti: & verte astrolabiū vt vmbra amboꝝ laterꝝ tabellaꝝ regule affixoꝝ: cadat sup duo latera regule directe: ſcilicet vmbra dextri lateris tabellae sup dextrū latus regule & ſinistra sup ſinistrū: vel æquidistanter: & mox q̄ttuor linea cōcurrētes in cētro astrolabij indicabūt tibi quattuor mundi plagas. Videlicet linea orientis Orientē; meridiana Meridiē & ſic de reliquis. ¶ Verū id facilius & forsan verius p inuentionē linea meridianē modo vulgato aut p horariū compassi absolues: habita em linea meridianā in plano ad æqdistantiā horizontis poſito. Iungere rectissime linea meridianā astrolabij linea meridianæ inuentę. Ita q̄ armilla versus meridiē statuatur quo facto linea medię noctis instruimēti linea meridianę ver

Secunda pars

sus septentrionē copulabitur & habebis optatum. ¶ Exemplum hic nullū adīciem⁹
quia solus usus & visus te artificem facient.

Propositio. XLII. Secūde partis.

EXEMPLVM,

Ognita vna stella fixa: aranee aliarū ico
gnitarum noticiā acquirere. ¶ Si tibi aliqua stella fixa in aranea posita no-
ta fuerit: per eam cōlibet aliam tibi incognitam in aranea descriptā hoc mo-
do cognosces. Nocte serena altitudinē stelle tibi notæ obserua. Deinde cacumen eius
pone super obseruatam altitudinem inter almicantharat ab oriente aut occiduo com-
putando sūm q̄ videris eam in firmamento situatam. Quo facto vide concito ad stellā
tibi incognitam in reti positam: & eius altitudinem inter almicantharat consydera &
in qua parte de quattuor partibus mundi ceciderit: super equalē altitudinem Alhi-
dadam in dorso astrolabij: & verte te versus eandem plagam mundi in quam cadebat
stella ignota: & maiorem aut Fulgentiorem stellam quam videbis per foramina tabel-
larum ipsa est quam quæreris. Et sicut operatus es cum vna sic age cū qualibet alia stel-
la in reti locata. ¶ Breue exemplum accipe. Ponatur Sol in. 28. gradu Geminorum: &
hora equalis. 10. post meridianā: & sit Azimech Spica Virginis: stella mihi nota. Al-
kayr aut siue Aquila volans in cœlo incognita quā cupio notā fieri. Accipio ad horā
propositam altitudinem stellæ Spicæ: quam inuenio. 22. graduum sed quia ipsa loca-
tur in parte mundi occidentali. Iccirco computo. 22. gradus altitudinis spicæ a primo
almicantharat occidentali versus līneam meridianam: &. 22. almicantharat cacumen
stellæ dicte iungo. Et mox conuerto me ad stellam Alkayr in reti positam in cœlo in-
cognitam. Quam video situatam in parte orientali: habentē Altitudinem. 30. fere gra-
duum. pono igitur Alhidadam dorsi super. 30. gradum quarte altitudinis & suspenso.
(vt solet) astrolabio verto me versus orientem per tabellarum foramina prospiciendo
& stella quæ visui obiectur ip̄a est Alkayr aut aquila volans. Ecce incognitæ stelle no-
ticia quod fuit cupitum.

Propositio. XLIII. Secūde partis.



Vallis stellis Octauii orbis cognitis i-
earum noticiam artificiose peruenire. ¶ Quid (per deum imorta-
lem) lucundius: quid amenius: quid deniq̄ suauius: oculos no-
stros afficere potest q̄ illa tot & tantorum lumen venustissima
& ordinatissima series. Eo quippe si rapiemur animo experie-
mur nihil nos vñq̄ sensisse in hac vita delectabilius. Quo circa si
nullius stelle fixæ tibi cognitio fuerit: & eaꝝ in cœlo noticiā habere optaueris: hoc pa-
cto opare: per horologiū bene correctū obserua horā noctis ad quā gradū Solis in re-
ti (vt solet p nocturnarꝫ horarꝫ noticia habenda) applica. Quo facto vide quę stella
sup horizōnē exortiuū ceciderit ea (cui⁹ noticiā q̄rebas) tūc tpis orit: & q̄ sup horizōnē
occidiū ceciderit, tūc occidit. Et vt absolutū & lucidiꝫ rē capias. Considera p. 19. hui⁹

qua hora noctis stella cuius noticia queris veniat ad horizontem orientalem. Præterea, per. 39. huius aduerte zenith ortus stelle; & numerus graduū int̄ Azimuth: & quartā in qua stella exoriet. Quibus habitis p̄ q̄dragesimā huius pone astrolabium sicut quatuor mū diplagas. & applica Alhidadā ad gradus zenith ortus in ea q̄rta in qua stellā offendisti; & cū iam tēpus ortus stellæ appropinquare decreueris. Vide p̄ foramia maiora tabellarę; & orientis stelleradij oculo tuo per foramia incidentes noticiā p̄posite stellæ indicabūt. Similis est de occasu stellæ opatio; & pfecto (me iudice) facilior. Cū ipsam supra horizontē morantē & iam occiduit petentē tabellarę foramib⁹ sese applicare facillime cōiectabis vñ p̄mptior eius noticia nanciscet. Habita igit̄ noticia aliquarū stellarę, p̄ modo huius institutiōis; p̄ antecedentē huius in cognitionē oīm in reti descripta & pedetentim dederis. ¶ In exemplis. Sit Sol in principio Tauri, & stelle Alkayr mihi incognitæ noticiā habere cupio; p̄ astrolabiū elicio eādem hora vndecima nocturna accedere horizontē orientalem, quare paululū ante vndecimam quero zenith ortus stellæ quod est, 12. fere graduū quarte septentrionalis orientalis. Deinde in loco sublimi q̄ liber patet horizon; apto astrolabiū quattuor plagiis mundi & Alhidadam iungo. 12. graduū ortus zenith stelle in. 4. orientali septentrionali; & iuncto oculo majoribus stellarę foramib⁹; stella q̄ circa vndecimā oriēdo oculo obijcī ipsa est Alkayr cuius noticiā petebā. ¶ Aliud ponat Sol in principio Canceris. Cupio stelle azimech hoc est spicę virginis noticiā acquirere; p̄ ppositionē, 39. 5. habeo q̄ Zenith occasus eius est, 13. graduū quarte meridionalis occidentalis & officio Astrolabiū scio eandem circa, 12. horā noctis appropinquare occasui; quare tūc astrolabium q̄ttuor plagiis; & Alhidadā. 13. graduū in quarta meridianali occidentali applico. Oculo aut̄ foraminibus tabellarę apposito stella fulgentior occiduit petens; paulum post duodecimā radios per foramina oculo imittens ipsa est Azimech quam noscere cupiebam, & sic dereliquis.

EXEM.
PLVM.

Propositio. XLIII. Secunde partis.

Ventorū noticiam utileiter habere. **Lum** ventorū flatus varias mortalibus & rebus sub cœlestibus; potissimum aeris donent munera. Nō nunq̄ enim imbræ; nebulæ; tempestates; humiditas; siccitates; caliditates; frigiditates; serenitates; pestilētiasq; præstare noscunt. Non ab re (priusq; ad operationem puentorū cognitione descendatur) eorumdē naturas conditiōes & situs sub epitomate narrare decreuimus. ¶ Vetus itaq; Subsolanus primarius a Solis ortu æquinoctio spirans. Nascitur em̄ sub phoebeis radijs dū Sol æquinoctiali insidet. Calidus est siccus; t̄patus; suavis; purus; subtilis; & salubris precipue mane. Nā a Sole purior & subtilior efficit vnde nihil veneni mortaliū infert corporibus. ¶ Vulturnus graio sermōe Caecias appellatus dexterior subsolani; ab aestiuo Solis exortu veniens. Cui ab occiduo hiberno ad rectā lineā Aphricus opponitur. Calidus, cūcta desiccans. Altitonās dictus. De quo Lucretius. Altitonās vulturnus: & austus fulmine pollens. ¶ Eurus a sinistro latere venit subsolani a brumali Solis ortu prorūens. Calidus & siccus remisſe. Orientē nubib⁹ irrigans. Eo flāte (teste Aristotele) omnīa videntur esse maiora solito. ¶ Austus sicut græcos Notos plagæ meridiāne ventus cardinalis; humidus calidus atq; fulmineus; generans largas nubes & pluuias latissi-

Subsolanus.

Eurus.

Auster.

I 117

¶ Vulturnus alte flat ut vultur volat. Ita sicut Aristo, flat ut nubes non pcul pellat; sed ad se vocet. Inde ad agium mala ad se trahit ut Caecias nubes.

Secunda pars

mas; faciens aerem crassum; densum & spissum; nubila nutrit & nebulas mittit. Non nisi
10. met. fa. 2, est pestifer ipsius est spiritus maxie dum p Cyrenaicā regionē volat. De q Ouidius. Cō-
10. met. fa. 7, traria tellus. Nubibus assiduis; pluuiis; madescit ab austro. Et idē. Emittitq; notum
madidis notus euolatalis. ¶ Euroauster aut euro notus ventus calidus & humidus.
lateralis austro orientē ysus. Intonat em a dextris austri. Euroauster vocat q a ex vna
pte habeat eurū ex altera austri; haud dissimil ratiōe euronot' dict'. ¶ Austro aphry-
cus aut libonotus vetus tatus calidus lateralis austro versus occidentē spirat em a si-
nistris austri. Austroaphricus appellatus q iunctus sit hinc inde austro & aphrico &
Libonotus q Noto & Libs vallatus. ¶ Zephyrus aut fauonius vetus principal' oc-
ciduus euentas ab occasu Solis ægnoctio. Caloris & humoris habēs temperiē/ salu-
bris in calce diei; pruinas & niues resoluens; & quæ aspero gelu induruerant dissipat
& relaxat; herbar̄ florūq; origo. Om̄e mortale genus ad eius flamē luxuriat; reuocās
venerē producēdæ sobolis grā. De quo Boetius scđ'o. met. 3. Cū nemus flatu Zephy-
ri tepeñis. Vernis irribuitrosis. Spiret insanū nebulosus austri. Iā spinis abeat decus.
¶ Aphricus aut Libs vetus a dextro zephyri latere intonās; ad meridiē em ab ipso re-
cedit brumale occupans Solsticū; frigidus; humidus; pluuiosus; tēpestatisq; præsa-
gus ab Afrīca & lybia regiōibus vndē euentat noia sumit. De q Virgili'. En. Vna
eurus notusq; ruūt; creber̄ procellis. Aphricus & vastos tollūt ad sydera fluctus.
¶ Chorus quondā dictus Caurus sinistrā tenet zephyri; a tropici estiu' occasu efflās
frigidus & humidus; parūt secum ducens rigorem quoniam ad Arcton respicit. Eo
flante in oriente nubila sunt die sereno. Lucanus. 1. Phar. Nō chorus in illum, Ius ha-
bet aut zephyrus: solus sua littora turbat. Circius. ¶ Septentrio ventus primarius &
Austro obiectus; a polo flans arctico. Dictus septentrio eo q sub plaustri septē stel-
lis (quar̄ quæ ante eunt triones hoc est boues aratorij cōpellatae) originē dicit. Grē-
ce vero q ab arcto flet. Aparctias appellatur. Frigidus & siccus; faciens frigora & nu-
bes siccās. Constringens corpora; poros claudens; humores purificans; aerem pesti-
ferum leuans. ¶ Circius a grays trachias dictus, hic a plerisq; latini noīs expers credi-
tur; a dextris septētrionis efflans; hūc hispani Gallicū vocat ppter flatū eius a pte. Gal-
licie. Circius vocatus eo q Choro vicinus sit; faciens niuiū & grandinū coagulatōes;
& abundantia. De quo Lucanus supra. Nō chorus &c. ¶ Aquilo aut Boreas lateralis
septentrionis orientem versus; ex alto flans. Gelidus & siccus; sine pluuiia; ledēs flores
& fructus teneros. Corrumpēs vineas germinātes; florentes exurens herbas; & arbo-
rum vires spoliās; & vteris plerūq; p cardinalis scilicet septentrione ponit & apar-
ctias noīatur. Ouidi'. Schytia; septemq; triones; horifer in uasit boreas &c. Virgilius
& Glacialis hiems aquilonib' asperat vndas. Boeci'. pmo. 6. Nunq; purpureū nem':
Lecturus violas petas. Cū seuis aquilonibus. Stridēs campus abhorruit. Et Prouer.
25. Vetus Aquilo dissipat pluuias. ¶ Hæc breuiuscula, p liquidiore nostre ppositio-
nis intelligentia notanda censuimus. Iam iāq; ad operationē p ventor̄ notiōe & a qui-
bus spirent oris accedendū restat. In loco igitur præcelso & aperto dispone astrolabiū
(per qdragesimā hui') sūm quattuor mūdi cardines aut plagas. Ita vt antica aut facies ap-
pareat. Et in centro eius erige hastulā cui fac vexillū in parte superiori adherere; taliter q
ad flatū venti facile possit agitari atq; circūferri. Quibus dispositis; vento flante; consi-
dera quē pars prior vexilli indicet aut cui applicetur. Eius enim venti obiectus oppo-
situsq; spirare perhibetur. ¶ Gratia exempli video vexillum porrigi versus Subsola.

Argestes.
Iupix.

EXEM-
PLVM,

num dico tepentem Zephyrum aut salutarem Fauonium ventum cardinalem occidentalem Subsolano obiectum spirare. Item cerno vexillum in Austroaphricū dirigi infero pcellosum Aquilonem aut Boream thraciū sonorūq; collateralem septentrionis versus orientem euentare. Simile de alijs sume iudicium.

PROPOSICIO ·XLV· SECVNDE PARTIS



E ortu & occasu: signorum graduum

& stellarum pro more Astrologico preambula quedam dicendis accommodare. ¶ Hic de ortu aut ascensione signorum & eorumdem partium: de stellis firmis & erraticis. Item de descensione siue occasu signorum: partium & stellarum: quorum ortuum & occasum praesertim Astronomici praeципua cura est exequemur. ¶ Orsus igitur Astronomicus signi est portio æquatoris quæ vna cum signo ex Orientis parte super Horizontem emergit aut ascendit. Et hoc pacto de ortu partis signi dicatur. Qui Bifariam diducitur in rectum & obliquum. ¶ Signum recte oriri dicitur cum quo maior pars æquatoris oritur & ita de parte signi dicendum. ¶ Sed obliquæ proneaut tortuose signum oritur cum quo minor pars æquatoris super Horizontem se attollit. Et ita quoq; de parte signi dicatur. ¶ Occasus autem Astronomicus signi est pars æquatoris quæ cum signo occidente tendit sub Horizontem. Idem de parte. Et etiam Bifariam secatur in rectum & obliquum. ¶ Occasus signi rectus est quoties maior pars æquatoris cum eo simul occidit: tenditq; occasum. ¶ Occasus signi pronus aut obliquus est quoties æquatoris portio minor sub Horizontem simul ynacq; cum signo demergitur. ¶ Et intelligitur maior pertio æquatoris cum signo aut oriri aut cadere quoties plures triginta gradibus æquatoris cum signo aut emergunt aut decidunt. Et contra: minor si pauciores, triginta gradibus cum eo oriuntur: occidantve: & hoc pacto de occasu partium intelligere facillimum est. ¶ Ortum autem signi Astrologi assueto vocabulo ascensionem nuncupat. Occasum vero descensionem. ¶ Ascensio igitur signi quid est: nisi pars equatoris quæ cum signo oriente peroritur. ¶ Descensio autem signi pars est æquatoris quæ signo occidente vna occidit & labitur. Et utræq; in rectam & obliquam distinguitur quemadmodum de ortu & occasu iam supra notauimus. ¶ Ceterum nō in cōmode & hoc quidem hic notandum est. Q; Astronomi Spheram diuidunt in rectam & obliquam. ¶ Sphæra recta est eo rum qui sub equinoctiali circulo habitant quæ prouide recta dicitur q; illis pari inter uallo in medio duorum polorum interstitio positis neuter polorum alteri magni eleuetur: & quia eorum Horizon æquinoctialis ad angulos rectos equosq; intersecat,

Secunda pars

Sphera obliqua

¶ Sphera obliqua est sphaera habitantiū ultra citraq; equatorem; q; ideo obliqua: prona & decliniis dicitur q; quo interuallo in medio polo & interstitio siti nō sint; verum illis unus polo & semper eleuatur; alter aut īisdem super depresso occultatur. Aut q; illo & horizon æquinoctialē circulum ad angulos obliquos in equalesq; intercipit atq; secat; quē pīnde horizonta artificialē nuncupāt q; diem artificialē a nocte artifici ali dirimat & inæquales (nisi bis i anno) reddat. Et semp obliquę decliniisq; sphaerę horizonē angulis impibus æquatorē secare verū esse cōstabit nisi omnino edirecto sub polo iaceant horū em̄ horizon æquinoctialē circulū nō interfecaret imo eundē æquatori circulo; circulū esse cōtingeret. Sphaerā tamē ppter primā causar; obliquā; declinē habere censerentur q; alter polo & illis eleuat maxime supeminaret, alter vero maxime depresso semp occultaret. ¶ In sphaera igitur tū recta tū obliqua; signa zodiaci & eorū pars recte & obliq; ascendunt & descendunt: seqntib; ppositōib; id facile indicantibus. Quare titulus cōmunis tabulae. Ascensionū habitantiū sub æquinoctiali circulo quē plures circulū directū aut rectū vocant nō crude accipiēdus est; ac si habitantiū sphaerā rectā solūmodo essent ascensiones rectae & nullae obliquae. Titulus enim is est, Tabula ascensionū rectar; qui hoc mō accipiendo est. Tabula ascensionū rectar; idest eorū q; habitat sphaerā rectā vel eorū qui sunt constituti sub circulo directo aut recto. Sicut titulus tabularū colentiū sphaerā obliquā aut declinem moderandus est. Cū sonat Tabula ascensionū obliquar; ad latitudinē. 49, fere graduū; obliquar;. idest habitantiū sphaeram obliquā q; uis etiā ibidē aliqua signa recte aliqua oblique ascēdat & orientur. ¶ In cōmuni bus aut nris locutiōibus cū iubemur querere ascensionē rectam alicuius signi; partis vel etiā stelle id per tabulā ascensionū rectar; absoluimus: ac iussi essemus inuestigare ascensionē hmōi per tabulā ordinatā, p sphaera recta aut vt alij dicūt p circulo directo siu recto. Item cum p̄cipimur elicere ascensionē obliquā ingredimur. Tabulā, p sphaera obliqua confectā ordinatāq; de his satis. ¶ Præterea cōtiendum q; ascensio gradus zodiaci aut stellē pars est eqtoris a principio Arietis initii numeratiōis sumens & in horizonte exortiuo cui gradus aut stella iungitur sese terminans. Quā si in sphaera recta cōputauerimus ascensionē rectam gradus aut stellē appellabim;. Obliquā vero si suppurationē in declini sphaera p̄ficerim;. ¶ Descensio aut gradus aut stellē est portio eqtoris ab initio Arietis in cōtactū horizonis occidentalis cui gradus aut stella adhāret cōputata. ¶ De ascensiōe & descensiōne eqtoris aduertēda est hæc regula. Eqinoctialis circulus tū in sphaera recta; tū declini regularis vniiformisq; ascendit & descendit. Ita vt in temporibus equalibus cōtinue æquales arcus portionesq; consendant & descendant; quo sit vt cū in omni horizonte, 24. hora & interualla cōpletā eqtoris circuli reuolutionem cōtineant in vna ergo qualibethora continuo æquatoris. 15, gradus emergunt. Cuius ratio hæc sumit quia in polis proprijs qui sunt primi mobilis circumfertur; cuius motus regularis & vniiformis est semper. In proprijs igitur polis æquator motus, inexistens mobili regulari necessario regulariter mouetur. ¶ Regularitatē aut motus ipsius eqtoris ex nostro Astrolabio hoc pacto facile colliges. Siste principiū eqtoris ad horizontē orientalem, Cui Almuri applica. Quo facto, pmouerete cū Almuri initio eqtoris immortanti ab hora sexta limbi æquali vsc; in principium septime succendentis & videbis de æquatore, 15, gradus exortos; pmoue cōseqnter rete & eius ostensorē ad initium octauore æqualis, & videbis in horizonte alios. 15, gradus æquatoris emersisse & ad q; quo horas ostensorē accōmodaueris semp, 15, gradus eqtoris exortos conspicies.

Declaratio tituli tabuleſequentis.

Ascensio gra.

Descensio gra.

Quare sponte confiteberis motum æquatoris esse vniiformem & regularem. His tanq[ue] p[re]libamentis sequentium propositionū præhabit[us] stilum ad propositiones scitu dignas vertemus.

Propositio. XLVI. Secunda partis.

Viis signi Zodiaci aut potius eclyptice vel pluriū ascensionē & descensionē in sphera recta facile nū erare. ¶ Horizontē sphera recte in nō instrumēto ostendit diameter faciei p[ro] transuersum astrolabij trāsiens. Cui⁹ ps vna sinistrā versus Orientalē horizontē: & que versus dextrā occidentalē indicat: prout absīde p[ro]positiōe prima hui⁹ secūde ptis differuim⁹. ¶ Præterea hui⁹ & seqntiū p[ro]positionū exercitiū aut p[ro] gradus limbi eq̄torē p[ro] se ferentes; aut p[ro] eq̄torē retis in, 360, grad⁹ diductū absolūti p[otest]. Et si opando amboꝝ modoꝝ rum piculū sum p[ro]seris iuenies eos ī nullo distare. ¶ Si igit̄ vni⁹ signi dūtaxat signi ascensionē in círculo directo scire desyderas. Initū signi siste in linea horizontis recti in pte orientali: & almuri adiecto fac notā in gradib⁹ limbi aut qđ idē est in gradib⁹ eq̄toris retis Postea moue rete. Ita q[ui] almuri initio signi firmiter adhæreat. Donec finis signi cadat ī eādem linea horizōtis recti: & iteꝝ ad sicū almuri fac notā in gradib⁹ limbi aut equatoris. Deinde supputa gradus limbi aut æquatoris a prima nota vscq[ue] in scd'am: tot em⁹ gradus quot supputādo collegisti de equatore ascendūt cū tali signo in horizonte recto: qui ipsius ascensio aut ortus nū cupant. Quos si per, 15, diuiseris horas: & residuū per q̄ttuor mltiplicaueris minuta horē elicies & habebis horas & miuuta qbus p[ro]positum signū iu sphera recta exorit. ¶ In exēplo offer[em] mihi signū Arietis cuius ascensionē in sphera recta numerare p[re]cipior: principiū eius appliko horizonti recto in pte exortiuo & almuri vel ostēsore adiecto pingo notā in gradibus limbi aut æquinoctialis. Postea rete cū ostensore voluo vfcq[ue] termin⁹ Arietis in linea recti horizōtis cesserit & ad ostēsoris tactū gradus limbi aut eq̄toris nota afficio. Tandē cōputo aut ī limbo aut equatore gradus his notis interceptos & colligo pene, 28. Dico igit̄ q[ui] ascensio Arietis est, 28, quasi graduū tot em⁹ Ariete oriente de equatore vna exoriuntur. Dixi. 28, gradus, per, 15, & habeo, 1, horam: & in residuo, 13, gradus quos per quattuor multiplico & emergunt, 52, m, q̄re Aries in sphera directa in vna hora æquali &, 52, fere minutis ortum perficit. ¶ Non dissimili operatione ascensionē duor[um]; triū vel plurim signorū inuestigabis & id in exemplo facile capies, p[ro]ponuntur mihi duo signa Virgo & Libra: quoꝝ ascensionem in horizonte recto extrahere iubeor; siſto principium Virginis vna cū Almuri ad horizontē rectum; & in limbo aut equatore pingo signaturā postea giro rete cū Almuri vscq[ue] finis libre recto horizonte iunget & iteꝝ rum facio signaturā. Et numeratis gradibus signaturis, interiectis colligo fere, 58, forsan min⁹, 10, minutis ascensionē horē duor[um] signorū in sphera recta. ¶ Sife iudiciū est de portiōe vni⁹ signi &c. ¶ Descēsio autē signi vel signorū aut portionū zodiaci in círculo recto similis est ascēsione quā obrē nō est op[er] seorsum tradere quo pacto hmōi desēsio cōputeſ. ¶ Ceterū si arcui eclyptice aut signo zodiaci assignato; ascensionē in sphera recta: a sectione vernali, id est a principio Arietis initium numeratiōis sumendo: breui computo deputare volueris; siste finē oblati arc⁹ aut signi super horizōtem rectū in parte Orientali & gradus æquatoris Aranee tangens eundem Horizōtem

EXEMPLVM,

EXEM-
PLVM.

VI. Oct

Secunda pars

dicto citius indicabit tibi ascensionē ipsius in sphera directa. Quod si h̄ per gradus limbi scire volueris; termino arcus aut signi in horizonte recto stante applica ostensorē ad principiū Arietis; & scribe notā in gradib⁹ limbi. Postea nū era gradus limbi a linea horizontis recti usq; in notā & habebis optatū. ¶ Exemplū breve pponit mihi arc⁹ aut signū Leonis. Volo fī modū iā expositū iuenire ei⁹ ascensionē in sphera recta. Fine signi Leonis addo horizonte recto & in promptu video equatorē tangere horizontē in 152⁹ gradu. Sunt igit̄ 152⁹ gradus ascensio Leonis ī circulo recto ab initio sectiōis vernalis supputādo. Aut termīo Leonis in horizonte recto durāte applico ostensorē principio Arietis & habeo in limbo ad sitū ostensoris, 152⁹ gradus ut sup̄. Hic modus visitatus est a strore iudicib⁹. Dieūt em̄ q̄remihi ascensionē rectā Leonis; ac dicerent inuestiga mihi per tabulā ascensionū sphærē recte; ascensionē Leonis ab Arietis initio cōputādo. Idem de descensione.

Propositio. XLVII. Secūde partis.



De signa recte & que oblique in sphera recta oriant̄ occidatq; paucis absoluere. Sūpto expimēto p̄ ppositionē antecedente de ortu & occasu singulor̄ signor̄; iuenies Arietē, Taurū, Leonē Virginē, Librā, Scorpiū, Aqrīū & Pisces ī circulo directo obliquae oriri & descēdere. Nā cuiuslibet signi seorsū examiatī: portio æquatoris vna cōscēdēs v̄l descēdēs trigenis gradib⁹ mīor est. Geminī, Cācrū, Sagittariū, & Capricornū. Hæc q̄ttuor t̄m recte oriū & occidere affirmab̄: q̄a æquatoris portio eō & ortū & occasū r̄ndens trigenis gradib⁹ mīor est. Colliges etiā diligēti examīe adhibito: signa opposita æquales habere ascensiones descensiōesq;. Hæc & quedā alia subiecta formula facile deprehenduntur.

Tabella Ortus & Occasus Signorū in Spera Recta Integrī signis seorsum acceptis accommodata.

		6	Φ	h ^c	m	z ^c		6	Φ	h ^c	m	z ^c	
Oblique	Aries	27	54	1	51	36	Oblique	Libra	27	54	1	51	36
Oblique	Taurus	29	54	1	59	36	Oblique	Scorpi ⁹	29	54	1	59	36
Recte	Gemini	32	12	2	8	38	Recte	Sagita.	32	12	2	8	38
Recte	Cancer	32	12	2	8	38	Recte	Caprico	32	12	2	8	38
Oblique	Leo	29	54	1	59	36	Oblique	Aquari ⁹	29	54	1	59	36
Oblique	Virgo	27	54	1	51	36	Oblique	Pisces	27	54	1	51	36

¶ Quare nō imerito hi reprehēsiōe digni sunt; qui Lucani metra p̄perā interpretantes: affirmāt cōstitutis in equinoctiali circulo oīa signa recte oriri & occidere q̄a semp major pars æquatoris oriat̄ occidatq;. Cū iam liquidū sit sub æquinoctiali, 8, signa oblique & q̄ttuor t̄m recte oriri & occidere. Inquit em̄ Lucanus Nono Phar, Deprensū est hunc esse locum; quo circulus alti, Solsticij medium signorum percutit orbem,

Non obliqua meant; nec Taurum Scorpius exit,
Rectior; aut Aries donat sua tempora Libre,
Aut astrea iubet lento descendere Pisces,
Par Geminis chiron; & idem quod carcinus ardens,
Humidus egoceros; nec plus Leo tollitur vrna.

Loquitur poeta de processu Catonis & exercitus ipsius per arietem libia versus equatorum ubi sunt Garamantes; Syrtes; templum Iouis ammonis; & eius fons cum ait. De pressum est hunc esse locum &c. Et cum subiungit non obliqua meant. Loquitur de signis oppositis; ac diceret signa zodiaci opposita non meant, id est, procedunt orientando aut occidente obliqua hoc est unum obliquius alio sibi obiecto. Sed signa opposita habent ascensiones & descensiones eequales. Nec aliud rectius aut obliquius oritur aut occidit res liquo sed uniformiter sat est.

Propositio. XLVIII. Secunda partis.



Scensione rectâ gradus eclyptice & stelle

breuiter computare. ¶ Si ascensiones cuiuslibet gradus eclyptice aut zodiaci aut stelle cuiusvis cognoscere volueris. Siste gradum aut cacumine stelle super horizontem rectum exortium & iuncto ostensori moxi equatore intueberis ascensionem rectam huic gradui proposito aut stelle incidentem; computandam a sectione vernali hoc est a principio Arietis. Quod si eandem in gradibus limbi numerare optaueris; opare put iam instituimus. Ostensor est sectione vernali adiunctio: gradibus limbi notam inscribendo. Postea a linea horizontali recti numerata gradus limbi usque in notam inscriptam & habebis optatum. Est autem ascensione recta gradus aut stelle eiusdem secundum ut plene, scilicet patuit. ¶ Verbi gratia obiectum mihi, scilicet gradus Virgis cuius ascensionem rectam lubeor uestigare; pono eundem super horizontem rectum in parte orientali; & iuncto ostensori capio in equatore, 157, fere gradus ascensionem rectam propositi gradus. Ita reti sic statim; addo ostensorum sectione vernali & pingere notam in gradibus limbi. Et numerando ab horizonte recto orientali in notam usque colligo, 157, gradus, ut supra. ¶ Item offertur mihi stella Tauri Aldebaran cuius ascensionem rectam inuenio hoc modo cacumen memoratae stelle applico horizonti recto; & video in equatore aut limbo secundum operationem iam expositam, scilicet proptermodum gradus; ascensionem rectam eiusdem.

EXEM
PLVM

Propositio. XLIX. Secunda partis.



Ascensione recta stelle cognita arcu ecly-

ptice sibi coascendentem indagare. ¶ Retinuariabiliter stante, pro ascensione recta stelle secundum doctrinam propositiois antecedentis. Computa signa & gradus zodiaci ab Ariete iniciando usque ad horizontem rectum exortium. Hec enim signa; hi gradus quotque supputando congereris arcu eclyptice coascendentem palam faciunt. ¶ Repetatur gressus exempli per propositionem antecedentem ascensione recta stelle Aldebaran, scilicet gradus cupido expiri arcum eclyptice huic ascensioni incidentem. Sisto stella ac si primum ascensionem rectam extrahebam; & noto contactum lineae eclyptice cum horizonte recto; & facta numeratio a principio Arietis usque in notam. Colligo, 2, signa &, 3, fere gradus de gradibus Geminorum, ecce arcus eclyptice duorum signorum & trium graduum ascensionis recte debitum.

Secunda pars Propositio Quinquagesima. Secūde ptis.

